

L6c. 73.

26

DISSERTATIO
DE
**M Y S T E R I I S
P H I L O S O P H I C I S**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
ERN. AVG. CONSTANTINO
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL

PRAESES
IO. ERN. IMMAN. WALCHIVS

LOG. ET METAPHYS. PROF. PVBL. ORDINAR. SOCIETAT. LAT. IEN
DIRECTOR ROMANAEC ARCAD. ET FLORENTIN
COLVMBARIAE COLLEGA

PRO LOCO
IN AMPLISS. SAPIENTVM ORDINE OBTINENDO
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

D. XVI AVGUST. CCCCCCLV SVBMITTIT
RESPONDENTE

IOANN. IMMANVEL SCHAEFFERO
RATISPOENSI
SANCTIORVM LITTERARVM CVLTORE

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS

MISERICORDIA
MYSERIIS
PHILOSOPHICIS

LEONOR MAGNIFICENSIMO
SERVISSIMO FRANCIE AC DOMINO
DOMINO
ERIN. AG. CONSTANTINO
DUC SAXONIAE IALVACI CIVITATIS MONSIA
ANGARIA ET WESTPHALIAE REA

JOANN. IMMANN. MATHIAS
PRO LOGO
IN AMPLIIS SAGITTARIIS QUDAM QUITTENDO
PANTHEAE TRADITIONUM DUCENTIUM
RESBONDEFINTE
IOANN. IMMANNUEL SCHAEFFEREO
CATISSIMIS
GAMETISQ. ET LITERIS SCHILLIANIS
IENAE LITTERIS SCHILLIANIS



ΣΥΝΟΨΙΣ

Postquam philologice de vocabulo
μυστήριον expositum ac cum de-
cūus origine; §. i
rum significandi potestate in profanis
scriptoribus: §. ii
in sacris porro cum prioris; tum po-
sterioris fœderis tabulis ac denique
in christianorum doctorum libris
disputatum fuit, §. iii
enarrantur historice huius de myste-
riis philosophicis doctrinæ fata et
status, partim antiquiore etate
tam generatim; §. iv
quam speciatim, vbi monstratur,
quid de philosophicis mysteriis do-
cuerint primum ebororum docto-
res: §. v
deinde barbaricæ philosophiae antiſti-
tes et sectatores inque his chaldei,
egyptii et persæ: §. vi

post græci, atque in horum numero
philosophi ionici, socratici, plato-

nici, peripatetici et stoici, §. vii.

VIII

itemque pythagorici, eleatici et epicu-
rei: §. x. xi
tum romani, nominatim Cicero, Cato
minor, Andronicus Rhodius, Lu-
cretius, Virgilius aliisque: §. xii.
denique christiani doctores: §. eod.
partim nostris temporibus, vbi, quid
præstitum recentiori potissimum auo
in hoc campo sit, breuiter indica-
tur. §. xiii

His explicatis, dogmatice de myste-
riis philosophicis agitur eamque in
rem ostenditur, non solum genera-
tim, quid et quotuplex mysterium
sit; §. xiv. xv

sed etiam speciatim, que mysterio-
rum philosophorum ratio et indo-
les §. xvi

et quale eorum discrimen sit, siue
principia cognoscendi, quorum

tria

* tria constituuntur; * §. XVII * * * operationum indolem; §. XXXIII
sue res obiectas reputemus. Ha- sue originem; §. XXV
rum ratione habita, traditur, sue cum corporibus unionem; §.
alia mysteria philosophica pertinere XXVI
ad deum eiusque essentiam. §. sue mentis praesagia cogitare velimus:
XVIII. XXVII
atque adtributa; §. XVIII. XXVII deinde de mysteriis corporum, nomi-
alia contra referenda esse ad res, a natim de eorum, quae occulte di-
deo conditas, quumque ha vel spis- cuntur, qualitatibus. §. XXVIII.
ritus sint; vel corpora, exponitur Ad extreum nonnulla de studio et
primum de mysteriis, quae et spi- usu philosophie, mysteriis his rite
ritus, tam maligni; §. XXI. XXII adhibendo, praecpta suppeditantur,
quam boni; §. XXII. XXIII ac, quod officium nostrum in hac
et anime in primis humana nobis philosophia parte sit, paucis doce-
prabent, sue barum naturam atque tur. §. XXVIII





MYSTERIIS PHILOSOPHICIS DISSERTATIO

A NTEquam ipsam rem, quam pertractare in præsenti
institui, adgredior, cum de ipso vocabulo μυστήριον
eiusque diuersa apud veteres græcos et latinos scripro-
res significandi vi ac potestate; tum de mysteriorum
philosophicorum antiqua arata statu ac conditione
nonnulla præfabor; hoecque, si quid peri potest ex historia lucis, efficiam,
ut eo melius intelligantur, quæ ad ipsam de hoc arguento doctrinam
eiusque dogmata spectare videntur. Nolo autem de ipsa vocabuli origine
fuse disceiprare; aut examinare et veterum; et recentiorum grammatico-
rum de ea sententias a). Nec liber, ea reperere, quæ CLEMENS Ale-
xandrinus b); quæ EVSEBIUS c); quæ DIONYSIUS tyrannus d),
verbō hoc modo odi; modo iocē cauſā ludentes potius; quam vera eius
initia

a) nonnulli vocabulum hoc ebraicæ SVICERVUM. zhes. eccles. tom. II. p. 381.
statuant esse originis, a τέρα occultare, AD. RECHENBERGIVM hierolex. p. 1086.
vnde τέρα res abscondita, istud deci- Alii in Gracia vocis huius femina qua-
duantes. Vide IO. DRVSIVM notis a Ioh. runt, canique aut a μύση, clando; aut
cap. xixij. 13. tom. II. critic. Anglie. p. a μύση; sacra doceo; aut a μύση, mussō;
637. ISAAC. CASAVRONVM libr. I. de deducunt, ut VOSSIUS loco memorato,
saifira, cap. 2. et eius exercit. antibaron. aliique docent.

XVI. num. 43. p. 477. GER. IO. VOS- b) prorop. p. 12. ed. POTTERI.
SIVM, lexic. etymolog. VOC. mysterium, c) libr. II. preparat. euangel. cap. 3.
p. 391. IO. FVNGERVM lexic. etymol. p. 61. q. d) apud ATHENA EVM libr. III. dipno-
p. 503. CHRIST. BEGMANNVM, de origin. lingue latin. p. 229. IO. GASP. sopb. cap. 20. p. 90.

A

initia docentes, sicut commenti. Id tantum monuisse hoc loco, sufficiat, a vero, si quid in re incerta statuere licet; omnium minime eos mihi videri aberrare, qui ἀπὸ τῆς μέν, sive πλείου τὸ σόφια, ab ore clauso e); vel, ut alii volunt, a verbo μέν, *sacra doceo* f), vocabulum nostrum deducendum esse, arbitrantur, maxime, quod in sacrorum potissimum disciplina mysteria apud veteres quaerenda erant, et qui eorum facti erant particeps, os clausum quasi tenere, id est, summum illorum silentium tenere debebant. Res utrum sit, vocem hanc diuersam significandi potest habere, quius facile, credo, animaduerret, si modo veterum nonnulla effata, in quibus illa legitur, curatus expenderit.

II

Si profanorum scriptorum, quæ posteris reliquerunt, ingenii monumenta eaque græca, respicimus, triplicem potissimum vocabuli nostri usum, vulgarem alterum; alterum *sacrum*; tertium philosophicum olim fuisse, haud obscure potest comprobari. Primum sensu *vulgari* generaliter rem arcana et occultam, quam non omnes sciunt; neque scire debent, istud designat, quumque huius rei ignorantia modo in voluntate eorum, qui illam sciunt; patefacere autem omnibus nolunt; modo in ipsa abscondite rei natura et conditione fundamentum suum habere potest, factum est, ut veteres nostram vocem speciatim cum de iis, quæ in vulgus efferre non licet, quæque diuulgari et cuiuis aperire, minus consultum est; tum de iis, quæque quod in oculorum sensus haud incurunt, a paucis cognoscuntur; curatus vero demum intuentibus se produnt, haud raro usurparent. Priorem vocabuli significationem PLV-TARCHI g) et ARISTOPHANIS h); posteriorem vero DIONYSII Halicarnassensis i) effata satis superque corroborant luculenterque confirmant, μυστήριον rem arcana significare, cuius cognitio yltra humanas intelligendi vires haud quidem adsurgit, et quæ eam ob causam nonnullis perspecta et cognita est; quam tamen plurimi aut nequeunt scire, quo-

niam

e) vide SVIDAM *lexic. VOC. μυστήριον*, tom. II. p. 592. ed. KVSTERI et, præter auctorem *etymologici magni*, scholiafieri ARISTOPHANIS, ran. V. 459. p. 137. edit. laudati KVSTERI,

f) lege IO. IAC. HOFMANNVM coll. *tin. lexic. uniuersal.* tom. II. p. 160.
g) de pueror. educario cap. XIII.
h) nubib. V. 143. p. 63. edit. KVSTERI.
i) tom. II. operum, p. 132.

niā ipsiā cā non dicitur; aut nolunt, ob rei, iōpis incognitā, inca-
riani et leuem atque exiguum, quam eidem scrutandæ adhibent, animi
attentionem. Deinde vocabulūm hoc, vt ex **TIBULLO**, **POLYUCE** k) patet,
ad sacra traductum, et sensu sacro de eo præsternit religionis profanæ
ritu adhibitum est, quem *initia* l) dicebat Romani, et quo homo
numini cuidam eiusque cultui, per totam vitam præstanto, se consecrata-
bat ac deuouebat, diuini præsidii felicitatisque post mortem consequendæ
in primis cauſa. Nolo iam in praesenti de origine horum sacrorum m),
que plerumque ab antiquis scriptoribus mysteria a poëtis latinis
nominatim a **VALERIO FLACCO**, **TIBULLO** aliisque *sacra
secreta*, *crypto*, *operta* dicta sunt n), fuse disputare. Neque varia
eorum apud antiquissimos populos genera et precipuas cauſas percensere
libet o); aut ratione ostendere sacrorum eleusiniorum, que per
eminētiā *μυστήρια* apud veteres nomen obtinuerunt p). Id modo
admodum *μυστήρια* sicut *initia* l) et *tabernacula* q) et *tabernaculum* r)
A 2

k) onomast. libr. I. segm. 35. p. 24. ed.
HEMSTERHVISII.

1) vide CICERONEM de legibus libr.
II. cap. 14.
m) legē per illū. MOSHEMII notas ad
CVDWORTHI *systema intellectuale*, p. 369.
418.

*n) conf. CLAVD. SALMASIUM not.
ad Spartanum, vit. Adriani, cap. XIII.
tom. I. script. hist. aug. p. 117.*

o) quo sacra matris deum in Samothraca, Hecate multis in locis, Cereris et Proserpina Eleuthine in Attica, Bacchi in Boetia, Mithra in Asia, Orphoi in Græcia, Iidis in Aegypto aliaque plura pertinent. De sacris in primis mithriacis corumque mysteriis vide PHIL. A. TURRE monument. ver. Antrii, cap. v. p. 199. seq. EZECH. SPANHEMIVM nor. ad Iuliani cesares, p. 138. 144. 10. ERN. GRA-
BIVM spicileg. patr. sec. II. p. 240. 10.
SELDENVM de diis syris, Syriagm. I. p.
170. ATHANASIVM KIRCHERVM obe-
lico Pamphil. THOM. STANLEIVM bift.
philos. orient. p. 110. THOM. GATAKE-
RVM aduersar. p. 238. CLANT. FRAN-
CISC. GORIUM, tom. II. ibefau. gen-

mar. afriferar. p. 208. De mysteriis
sive orgiis Samothracie et Cabirorum
PAVSANIAS in Beociris videns item
que scholia est ARISTOPHANIS pac. v.
277. p. 343. additis iis, quæ dicto viri
ad CVRTIVM, libr. VIII. cap. I. p. 509.
edit. SNAKENBURGII adnotarunt. Ro-
mani mysteria bona dea præcipue cele-
brarunt, de quibus GRONOVIVS legen-
dus, libr. IIII. obs. 19. et BYRCARD.
GOTH. STRVVIUS Syntagma, ant. roman.

P. 195.
p) id quod tentant luculentia effata
HERODIANI, libr. III. cap. 8. §. 17.
ELIANI, libr. XIII. cap. 24. DIONYSIE
Halicarnassensis ^{τεξτος}, tom. II. oper. p. 36.
ARISTOPHANIS ran. v. 914. p. 151. et
Plut. V. 846. 1014. DIODORI Siculi, libr.
III. cap. 14. p. 260. ed. WESSELINGII
DIONIS Caffii, libr. LXVIII. p. 1159.
ed. REIMARI aliorumque apud PFEFFER-
FERVM antiquitat. græcis, p. 99. et
MEVRSIUM in eleuthiniis, tom. VII. thes.
ant. græc. GRONOVII p. 109. Ipsos de
eleuthiniis mysteriis scriptores vid. apud
10. ALB. FABRICIVM bibliograph. ant.
P. 322. ODI q. LIBRARIA

obseruasse sufficiat, hæc profanæ religionis sacra *mysteria* esse nuncupata, non quod initiatis dogmata forte diuina erat supra omnes mortalium cognoscendi vires posita innotescerent; sed cum ob sumnum eorum silentium, quæ initiati vel cernere; vel audire sibi videbantur ^{q)}; tum quod ipsa sacra sub certis symbolis signisque externis, quorum interpretatio mystica et paucis cognita erat peragis solebant ^{r)}. Hæc est propria in sacris vocabulis *μυστήρια* significatio; factum tamen postea est, ut istud, semel de sacro hoc ritu usurpatum, et ad alias ceremonias, in quibus sancti et diuini quid inesse, creditum olim fuit, transferretur, in primis ad iusurandum, quod MAXIMVS apud HERODIUM ^{s)} τερπυον *μυστήριον* vocavit. Addo denique tertiam vocabulam huius significationem, eamque philosophicam. Huius ratio si habetur, *μυστήριον* rem designat, in qua multa obscura nobis sunt, ita, ut eiusdem natura, indebet et conditio perfecte intelligi ac cognosci nequeat. Atque hoc sensu, nisi me omnia fallunt, imperator ANTONINVS ^{t)} hoc vocabulo usus esse videtur, quum Αὐτοῦ dixerit esse τοιςτον, οἷον γένεσιν, Φύσεως *μυστήριον*, mortem tale quiddam esse, quale natuitatem, utrumque esse naturæ *mysterium*. Eamdem; nisi paulo latiore, significandi vim huic nomini tribuit olim et RAMBLICHVS Chalcidenis, cuius de *mysteriis* inscriptus liber eiusque argumentum satis superque, quid verbo hoc indicare voluerit subtilis ille philosophus, declarare videtur. Exclusit enim in hoc præclaro opere sublimiorum illam arcanam et philosophorum propriam de diis disciplinam, quatenus mythicæ et populari opponitur: exposuit doctrinam de deorum, demonum animarumque natura et operationibus: de diuinatione, oraculis, aliaque multa disputauit, quæ esse et existere, experientia quidem doceuntur; quorum vero rationem, et, quo modo sint, quæ dicuntur esse, rite et perfecte adsequi et intelligere ob arctiores cognitionis nostræ limites haud possumus. Id sapius declarat **14 MELICHVS.** Ex eius effatis unicum tantummodo idque, ut spacio con-

^{q)} pater id præter FAVSANIAM Baet. p. 768; ex effatis OVIDII, HORATII, AVSONII, SYETONII, LACTANTII, aliorumque apud BRISSONIVM de formul. p. 3. ed. CONRADI. Adde PFEIFFERVM, ante græc. p. 103. et interpretes IUSTINI, p. 123. ed. GRAEVII.

^{r)} legi IOAN. IAC. HOFMANNVM contin. lexic. uniuersi. p. 160. De ipsis

causis, quare pauci ad eiusmodi mysteria admissi, olim fuerint, egregie disputat vir perillufis IO. LAVR. MOSHEMIVS not: ad QVDWORTHI *Systema intellectuale*, p. 369. n. 37. coll. p. 418. sq. ^{s)} libr. VIII. cap. 7. p. 356. ^{t)} libr. IIII. de rebus suis, §. 2. p. 98. oper. crit. ^{w)} in libro MTHIASO, p. 210

sulatur, ex latina THOMÆ GALEI interpretatione transcribere licet u): quare alibi causas iniuste factorum quarere debenus, quas si forte non valeamus inuenire, non oportebit, veram de diis statim proicere opinionem; nec propter huiusmodi dubitationes, an mala fiant a diis, et quomodo fiant, eierare certam de diis et manifestam scientiam. Multo melius est, virium imbecillitatē profiteri ad malorum causas adsignandas; quam mendacium de diis et impossibile aliquid concedere. Neque vero non, quos Latium vetus tulit, scriptores mysterii vocabulo videntur, huicque binas illas priorēs, quas ex Gracie recensuimus, significatiōnes adsignant, quod neminem, arbitror, facile esse negaturum, si effata VARRONIS x), CICERONIS y), QVINTILIANIZ, NEPOTIS a), IVSTINI b), AVSONIT c) aliorumque inter se comparare velit.

III

ADDO pauca de vocabuli nostri in sacris cum prioris; tum posterioris federis tabulis atque in christianorum doctorum scriptis viu. Illas si cogitamus, duplice in primis voci huic significationem tribuant scriptores sacri. Adpellant enim *mysteria* non solum ea, quæ intelligi quidem possunt; varias tamen ob causas obscura nobis sunt d); sed etiam, quæ humana cognitionis, limitibus circumscriptæ, vires omnes superant: quæ esse quidem et existere, scripturæ sacræ testimonio persuasi sumus; at, quomodo illa sint, ignoramus. Ita *mysterium* vocatur seruatoris nostri ἐνταξιος γενσις, sive ἐναρθρωσις e), item salutare dogma de mortuorum ad pristinam vitam redditum f), deque sapientissimo, quod deus de redimendo genere humano cepit, consilio g). Septuaginta interpres eodem modo hoc vocabulo visi sunt, cum de iis, quæ, quod rario humana opem denegat, deus debet manifesta facere h); tum de iis,

A 3 *missifat et bi et quorum*

2) sectione. IIII. cap. 6. p. 110. sq.
 2) de latina lingua. libr. VI. cap. 2. sq.
 2) libr. IIII. epist. 18. ad Attic. libr. I.
 de orat. cap. 47. libr. II. de legib. cap. 14.
 libr. II. de natura deorum. cap. 23. libr.
 IIII. iuscul. quest. cap. 55.
 2) libr. V. ansit. orator. cap. 13. 1403
 2) vir. Alibiad. cap. 32. 39. sed 30.
 2) libr. v. cap. 8. I. 1128A
 c) epigr. IIII. 65. p. 1128A
 d) Matth. XIII. III. Marc. XIII. I. p.
 Luc. VIII. 10.
 e) 1 Tim. III. 16.
 f) 1 Cor. XV. 51.
 g) Rom. XVI. 25. Col. I. 26. 27.
 Eph. I. 9. Adde MATTH. FLACIVM
 clav. script. sacr. tom. L. p. 720. CTAD. RE
 CHENBERGIVM. hierosol. p. 1086. sq.
 h) Dag. II. 18. 19. 27. sq. et v. 147.

quorum intelligentia per se facilis quidem; perdifficilis tamen eam ob causam est, quod ab his, qui sciunt ea, silentur atque obtenguntur *i).* Apud antiquiores denique christianæ disciplinæ doctores vocabulum nostrum, ut *IO. CASE. SVICERVS k)* docet, triplicem præcipue habet significandi vim. Primum quamcunque rem arcana, quæ non omnibus; sed paucis solummodo traditur, designat *l).* Deinde de iis usurpatur, quæ homini non; nisi ex oraculis diuinis; vel singulari numinis patefactione cognita sunt, et quæ ipsæ penitus rimari rationisque humanae auxilio perscrutari minime potest *m).* Denique nomen hoc omnibus iis sacris ceremoniis, ritibus, et quibuscumque rebus, est tributum, quæ συμβολικῶν vel traduntur; vel peraguntur, et quarum vera notio, indoles et ratio certis quasi symbolis et signis, aliud menti; aliud sensibus externis exhibentibus, involuta est et sub hoc involuero quasi latet *n).*

III

Haec eam ob causam disputauit, ut breuem doctrinæ de mysteriis philosophicis historiam daturu mibi via quodammodo paulo expeditior redderetur et ex ipso vocabuli huius vnu patrere, inter veterum mysteria discrimen esse stannendum, aliaque vere et merito; alia contra falso nomen hoc olim tulisse. Vt enim, si de veterum mysteriis ph-

i) apud Siracid. XXVII, 17. Vide ABRAAM. TROMMIVM concordante. græc. tom. II. p. 61. *k)* thesaur. ecclesi. tom. II. p. 381. Adde ADAM. RECHENBERGIVM hierolexicon. p. 1086. sq.

l) petet id ex testimonio THEODORETI comm. in cap. xi. ad Rom. tom. III. operum. p. 214. et in l. epist. ad Corinti. cap. xv. tom. eodem operum p. 206. Ibi, μετρήσος, inquit, λέγεται τὸ ἡπτάτον δημόσιον, ἀλλὰ μένοις τοῖς φίλοις θαγγαιούσιον, mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solum amicis creditur. *m)* ut enim generatim doctrinam euangelicam, duce RAVLLO, Coloss. III, 2. μονήσιον vocant ordinis sacri patres; sic speciatim dogmati de Christi incarnatione apud ISIDORVM PELVIOTAM libr. II. epist. 192. p. 214. 215. operum, edit. Paris. item spirituali servitoris cum piogram cœtu coniunctione itud nomen tribuitur. Vide THEOPHYLACTVM ad i Cor. II, 7. p. 178. edit. LINDSELLI: THEODORETVM comm. ad Colos. I, 26. tom. III. operum p. 370. et GREGORIVM Nyssenum. vit. Gregor. thaumaturg. tom. III. p. 567. *n)* eam in rem sacramenta μονήσιον vocantur a CHRYSOSTOMO ad Ioann. XVIII, 34. tom. VIII. operum, p. 546. et alibi: in primis baptimus, a GREGORIO Nazianzeno, orat. XXXVIII. p. 632. et sacra cena ab AVCTORE synopsi scriptur. tom. II. operum. ATTA. NASII p. 124.

lophilicis queratur, ad hanc classem neutriquam ea debent referri; que in sacrorum cultu olim mysteriis, quemadmodum supra diximus, sunt adnumerata; ita ipsa antiquorum sapientum placita et dogmata intuentibus multa, scio, fere oblatura, quibus nomen hoc datum fuit, quamvis illa nulla ratione et vti par est, id rueri posse videantur. Res ipsa satis id declarabit, et, quæ veteres philosophi, verorum sacrorum expertes, communisuntur, mysteria pro diuersa huius vocabuli olim usitata significandi vi ac potestate diudicanda esse, haud obscure docebit. Ut vero omnia, quæ de hoc argumento dici forte queant, eo luculentius pateant, tempora imprimis inter se debent discerni et antiquiora prius perlustrari; quam ad recentiora veniamus. In illis quum pro seculorum et gentium diuersitate diuerso habitu philosophia in scenam prodire visa est, haud inconsulto me, arbitror, facturum, si philosophiam ebraicam a barbarica: hanc a greca: grecam a romana: romanam a christiana distinxero. Sequaret tamen summa in dicendo breuitatem, satis pro instituti mei ratione habiturus, si non tam argumentum, quod per se amplissimum est, excusisse; quam res, diligentius exutendas, indicasse æquis lectoribus in præsenti videar. Imprimis vero in recentiorum temporum doctrinæ huius historia tanto ero breuior; quanto maiorem præ me video dicendum campum.

V

In antiquorum sapientum cœtu ebraeorum doctores agmen a nobis compositum ducant, post hos sequantur philosophiæ, quam barbaricam dicere solemus, duces et antesignani. Ad illorum philosophiam arcam ab quod attinet, nolo iam fuse ostendere, quam rerum naturalium abstrusissimarum cognitionem iudæi in maioribus suis, cum qui ante; tum post faralem illani terrarum protulviem vixerunt, reperiisse, sibi videantur. Neque enarrare, animus est, quæ exempli caussa ea in re de Noacho, eiusque posteris o): de Chami libris chemicis et philosophicis p): de Abrahami magna, quam de deo eiusque natura habuerit, arcana scien-

o) vid. IO. ALB. FABRICIVM cod. viterbiensis IO. ANNIVS Berosi nomine pseudopigr. veri test. tom. I. p. 241. et comminiscitur, libr. III. p. 24. virum lumine reuerendum CHRIST. p) legi celeberrimum IACOB. BRV. AVG. HEMANNVM act. phil. part. VII. KERVVM historia critica philosoph. tom. I. p. 11. seq. et adde, quæ impostor ille p. 71.

scientia q): de Iacobi arcana physicis r): de Iosephi summa in hoc litterarum genere eruditione s): de philosophia occulta mysteriisque philosophicis Mosis t): de Salomone, quem multi naturae mysteriorum sollerterissimum faciunt scrutatorem u): de Daniele, qui chaldaicorum philosophorum institutione vnius naturaeque pariter ac artium mysteria sollerter rimatus esse, ferrur x): de Iobo denique eiusque diuinio libro, naturalis philosophiae arcanorum plenissimo y), comminisci et Iudei; et alii doctissimi viri solent. Id modo adnotari hoc loco in primis velim, antiquissima etate doctrinam de deo, anima humana angelisque vna cum aliis arcana philosophiae capitis in hac gente, oraculis diuinis addictissima, puram conferuatam; post Estra vero tempora multis humani ingenii placitis, quorum religiosissimos custodes et defensores iudei sepe præbebant, corrumpi coepit esse, eo tum aeu occultam illam, quam Mosi tribuunt et ab Estra litteris mandatam volunt, philosophiam iudaicam; siue potius kabbalam admodum fuisse commendatam z): inter or-

q) apud PHILONEM libro de Abraham, vide IO. DE PINEDA, libris VIII. mo p. 360, operum, cuius memoriam videlicet de rebus Salomonis, qui Moguntia pro- r) eius brei documentum nonnulli dierunt, CROZEXIUS, coll. IO. FRANC. gen. XXX, 37. querunt. Conf. HEI- DEGGERVM bistor. patriarchar. tom. II. exercit. IY. §. 19. seq. p. 443. et FA- BRICIVM cod. pseudograph. verer. rest. tom. I. p. 436.

s) vid. IUSTINVM libr. XXXVI. cap. II. cel. BRVCKERVM libro excitato, p. 76. et venerandum auum, IO. FRANCIS. BVDEVM, introd. ad hyst. philos. ebraeo- rum, p. 27.

t) conf. CLEMENTS Alexandrinus, libr. I. stromat. p. 411. operum, edit. POTTERI, AVCTOR questionum ad or- thodoxos, que IUSTINO marciyi vulgo tribuuntur, num. XXV. p. 410. operum IUSTINI edit. Benedict. ORIGENES contra Celsum, libr. III. p. 478. et libr. VI. p. 640. tom. I. operum, ed. CAROL. DELARVE, ex recentioribus FABRICIVS, codic. pseudograph. ver. rest. tom. I. p. 826. Scriptores de philosophia Mosis commemorata celeb. HEYMANNVS ac. philos. part. VII. p. 25.

x) legatur HORNIVS hyst. phil. libr. V. cap. 20. p. 264.

y) conf. BACONEM de VERVLAMIO de angm. scient. libr. I. p. 99. operum. De philosophia patriarcharum videndi sunt: IO. FRANC. BVDEVS. et IAC. BRVCKERVS libr. memoriam, itemque vir summe reu. CHRIST. AVG. HEVMAN-

NVS acris philosoph. part. V. pag. 89. part. VI. p. 926. sq. et part. VII. p. 1. q. z) lege IO. FRANC. BVDEVM libro memoriam, p. 62. sq. De Iudaorum kabala vide, præter IVL. BARTOLOGII bibliothecam rabbinicam et singulares de ea dissertationes IACOBI ALTINGII, HENR. IAC. VAN BASHVSEN, GABR. COLLANGELII, ANDR. SENNERTI aliorumque, IO. REVCHLINVM libr. III. de arte cabballistica, Francof. CLD. CLXXXII. fol. 10. PISTORIVM tom. I. alt. moloq. sup. obba 10. scriptio-

tas deinde varias sectas, varias quoque lites, que ad disciplinam πνευματολογιας spectarunt, motas esse: magis magisque postea παραδοσεων humanarum aliorumque falsorum dogmatum colluvie doctrinam de deo eiusque attributis: de anima et aliis spiritibus esse depravatam et corruptam: seruato rem nostrum saniore sua disciplina commentis illis grauerit se opposuisse; iudeos vero, ex tenebris emer- gere nolentes, etiam post eius tempora erronea sua philosophandi rationi adhaesisse omnemque in eo poluisse operam, ut falsa sua, etiam de naturae mysteriis, dogmata litteris mandarent atque ab obliuione vindicarent. In ipso quidem talmude de ritibus magis ac ceremoniis in utramque partem; quam de mysteriis philosophicis disputatum est; non ramen alii defuerunt, qui secerioris philosophiae amantissimos fere ostenderent, in quorum numero, prater AKIHAM eiusque disci- pulum SCHIMEONEM, fuisse auctorem libri ביהיר inque hoc multa de occulta sapientia iudaica disputari, satis manifestum est et explora- ratum a). Post horum sapientium tempora magna est apud hanc gentem in rebus, ad humanam sapientiam spectantibus, ut in ceteris disci- plinis, caligo consequuta, qua ante undecimum et duodecimum seculum vix ac ne vix quidem vel aliquo saltem modo disspellit potuit ac dissipari. Ideo etiam mysteriis philosophicis parum certe adentionis tributum esse viderur usque ad ABR. ABEN ESRAE etatem, quem sumunum mysterio- rum philosophiae iudaicae amatorem fuisse, ferunt b). Post hunc cele- berrimum gentis sue doctorem iudaicorum philosophorum greci in duas quasi cohortes disperire se, visus est, quarum altera, maiorum vestigiis vniue insistens, antiquae arcanae; sive cabbalisticae disciplinae eiusque plati- citis defendendis studia sua addixit; altera, qua magis sapiebat, reiectis multis illis commentis, haustam ab arabicis doctoribus aristotelicam

philo-

scriptorum artis cabballisticæ, Basili. c10
1088. fol. CHRISTIANVM
KNORR A ROSENROTH in cabbala de-
nudara, cuius tom. I. Salisbac. c1010
CLXXXVII. tom. II. Francof. ad Mœnum
c1010 CLXXXIII. 4. prodit: 10.
HENNINGIVM in cabbalologia; sive breui
institutione de cabbala, Lippiz c1010 CL
XXXIII. 8. THEODORIC. HACKSFAT-
NIVM brevi expositione cabbala iudaica;

p. 282. eius miscell. facror. IO. HENR.
HOTTINGERVM thesaur. philol. libr. I.
cap. 3. sect. V. IO. LEYSDENIVM phi-
lol. ebraeo, diff. XXVI, aliosque, laudatos
a IOAN. CHRIST. WOLFIO biblioteca
ebraea, tom. II. p. 1243, sq.

a) conf. BVDEVM loc. excit. p. 128,
et 134.

b) vide, præter alios, IVL. BARTO-
LOCIVM bibl. magn. rabbin. tom. I. p. 36.

philosophiam cum iudaica quodammodo consociare atque etiam de aliquot philosophicis mysteriis curiosus et doctius; quam antea factum fuit, præcipere studuit. Vbi tota ebraeorum doctorum de his mysteriis philosophandi ratio generatim consideratur, manifeste patebit, eos principiis, quæ experientia nituntur et iis, que sola humanae maiorum tradidisse, idem pretium statuisse, quumque in his perplura fuerint commentitia et falsa, in multis rebus mysteria sine omni causa quasiessisse. Accedit, eos futilibus questionibus, de quibus in utramque partem disputari potuit, discutendis operam dedisse easque pariter atque arcanas et paucis cognitas naturæ vires: multa porro obscura et intellectu difficultia, enigmatis verius; quam mysteriis adnumeranda, ad horum classem et numerum retulisse; neque satis ea, quæ in oraculis diuinis patescata nobis sunt, a veris philosophicis mysteriis secessere ac separare potuisse; aut in his diadicandis diuersos humanæ de rebus naturalibus cognitionis gradus rite et uti debebat, obseruasse.

VI

MISSA ebraica philosophandi ratione, ad barbaricam accedamus et, qua mysteria Chaldaei: qua Aegyptii: qua Persar habuerint, paucis videamus c). Intra Chaldeos ZOROASTER in primis mysteriorum philosophicorum doctor habetur, cuius magia θεογύνη in rituum quorundam, ad mirabilia efficienda et euocanda deorum et dæmonum auxilia necessariorum, mysteriis posita esse, fertur d). Erant Chaldaei magia et vaticinandi artis

stu-

c) digni sunt, qui hic legantur, scriptores de philosophia barbarica, atque in his præter alios: OTTO HEVRNIUS, libris duobus antiquitatum philosophie barbarica, Lugd. Batau. C1510 CLC. 12. quibus additum est CHRISTIANI BRUNNINGII breviarium philosophie barbaricæ: CHRIST. KORTHOLVS tractatus de origine, progressu et antiquitate philosophie barbarica, ebaldaica, persica, agyptiaca, iudaica et gallica, Iena. C1510 CLX. 4. GEORGIVS BORNIVS libro secundo historie philosophicæ: GER. IO. VOSSIUS de scitis philosophorum, cap. I. et II. THOM. STANLEIVS libris IIII. historie philosophicæ orientalis, cum notis IO. CLERICI, Amstelod. C1510 CLXXX. 8. altiique,

a viro summe ren. CHRIST. AVG. HEYMANNO actis philosophicis, part. VIII. P. 174. excitati.

d) lege IAC. ERVCKERVVM hist. critic. philos. tom. I. p. 126. et addit de Zoroastro differentes. IOAN. JESSENIUM in Zoroaster, Witteb. C10 10 LXXXIII. PETR. LAMBECIVM pro domo hist. liter. libr. I. cap. 5. §. 4. GABR. NAVDAEVVM apolog. pro magia suspectis: PETR. DAN. HVETVIN demonstr. euangel. propos. III. cap. 5. p. 73. edit. Parif. THOMAS HYDE hist. relig. veterum Persarum cap. XXII. p. 290. c) cap. XXIII. p. 307. IO. ALBERTVM FABRICIVM bibliothec. Amstelod. C1510 CLXXX. 8. altiique, græca, libr. I. cap. 36. vol. I. p. 242.

studiosissimi, et, ut vtraque disciplina apud eos principem mysteriorum philosophicorum partem constituebat *e*); ita ipsam deo eiusque natura: de ceteris diis: de dæmonibus ac heroibus doctrinam philosophicam summo studio celabant: eam obscurissimorum symbolorum et anigmatum velis tegebant ac paucissimis aditum ad abditos illos absconditae corum disciplina recessus patefaciebant *f*). Hac re et, quod aliam de diis et dæmonibus doctrinam arcanam; aliam popularem et plebeiam statuerunt, hac re, inquam, effectum est, ut chaldaica philosophia *mysteriorum* plenissima haberetur, quoad sensum huius vocabuli vulgarem, supra definitum, reputamus. Idem quodammodo de Aegyptis *g*) est dicendum, de quorum mysteriis integrum librum IAMBlichus scripsit, atque in eo sacerdotis Aegyptii persona induitus, PORPHYRIT ad Ancbonem epistola respondit. Huius praecipue libri, qui, iudice DANT. GEORG. MORHOFO *h*), theurgia gentilium arcana, non volatilis narrationibus sparsa; sed suis rationibus deducta complectitur, huius nimurum libri argumentum vbi speciem ac cum hoc ea comparamus, que reliqui

e) apud BRUCKERVM, p. 136. et 141.
f) conf. DIODORVS Siculus libr. XVII.

^f) conf. DIODORVS Siculus hoc. XVII.
p. 622.

g) nosse hic in primis iuvat philosophia Aegyptiorum placita et dogmata, si, que mysteriorum apud eos ratio fuerit, rite intelligere velimus. Neque defunt, qui huius gentis res et philosophiam occultant singularibus libris illustrarunt, laudatio a 10. ALB. FABRICIO bibliograph. antiquar. cap. XXI. p. 629. et IO. IONSIUS de script. histof. philos. libr. III. cap. 22. §. 8. cap. 29. §. 8. cap. 30. §. 2. cap. 32. §. 8. 9. cap. 35. §. 4. et 5. His addendi sunt, prater CHRIST. AVG. HEVMANNVM act. philos. part. XI. p. 660. et IAC. BRVCKERMV. hist. crit. philos. rom. I. p. 279. sq. ii, qui speciatim de hieroglyphica Aegyptiorum sapientia sunt commentati, paullo infra a me laudandi.

b) polybif. litter. tom. I. libr. I. cap. 10. §. 6. p. 87. Ibidem vir celebrissimus, nihil, inquit, in hoc argumento ab illo genitulum philosophorum huic simile scriptum est, quod ancor ille se ex Mercurii colum-

rigorum scriptis et ex certò aliquo libro, in quem veteres totam de rebus diuinis sciuerit, congererint, item et Chaldeorum ac Aſſyriorum monumentis excerptisse, ait, ut proinde compendium theurgia gentilis dicet posſit. Paſſio post, §. 22. p. 91. Iamblichianum hunc libram multa habetur arbitratur, ex sinceris fontibus haſta, quæ etiam PETRI DANIELIS HVETIR est tentativa, demonstrar. evangel. p. 14. Iamblichum, ibi ait, egregium opus de mysteriis, in quo paſſim mīcent lucidissima veritatis ſcīnulae; ſcriptiſſe; tum vero pergit, poſtquam enim fulgere cepit Christi philoſophia, iam inde etiamicam philoſophiam lucis ſue radiis late perfundit. Id quam in Porphyrii, Procli aliorumque ſcriptionibus perſpicias; tum maxime in hoc, quem memoramus, Iamblichī libro. Sunt tamen, quid neque immerito, negant, et in his in primis IO. ALB. FABRICIVS biblioth. graca, libr. IIII. cap. 28. vol. IIII. p. 286.

scriptores antiqui de Aegyptiorum eruditione memoria nobis prodiderunt, facile patet, alia quidem religionis; alia philosophiae mysteria fuisse; vtraque tamen, quia soli sacerdotes philosophari in hac gente videbantur, arctissimo vinculo coniuncta fuisse veteresque Aegyptios in sua per hieroglyphicas litteras i) docendi ratione: in symbolica porro de diis doctrina: mystica eorum figura ac forma k): in studio magie l): in dæmonologia m) et aliis disciplinis infinitam pene mysteriorum philosophicorum vim et copiam quæsiuisse. Quamquam vero ea omnia nomen istud non satis; neque ubiuis, tueri possunt; adferre tamen et excutere ii simul studuerunt perplures de dei natura: de spiritibus, de anima in primis humana: de origine mali n) et, quæstiones, quarum plurimæ hodieque mysteriis adnumerantur philosophicis o). Aegyptiis Persas adiungo, gentem, cui natura benignior ingenium docile et ad litteras colendas aptum et adeoimmodatum largita fuerat. Ac de his quoque idem fere, quod de Chaldaeis atque Aegyptiis, est adfirmandum. Erat apud ipsos philosophia cum religionis, illius nempe, quam sapientum cohors et omnes, qui supra vulgus sapiebant, profitebantur

placitis

i) de quibus, prater PIERIUM VA
LERIANUM in hieroglyphicis aliquosque
scriptores, a. 10. ALB. FABRICIO bib-
liograph. antiquar. p 629. memoratos,
vide: ROBERTUM CLAYTONIUM in den
Anmerkungen zu den Tage-Reisen von
Gros-Cairo nach dem Berge Sinai, Han-
over, c. 1810 CCLIII, et i. H. SCHVAM-

CHERVM in dem Versuch, die dunklen
und versteckten Geheimnisse in den hiero-
glyphischen Denckbildern aufzuklären, Gue-
terbyr. 1710 CCCLIII. 4. Multum
etiam opera consumit in hoc litterarum
genere ATHANASIVS KIRCHERVS,
cuius *eclips* *aspyracus* et *obeliscus pam-
philus* vna cum *LAVR. FIGNORI* *merifa-
ysca* ad idem argumentum specant.

k) videatur vir cel. PAVLL. ERN.
TABLONSKIUS in pantheo Aegypt. Fran-
cog. CIC CCL.

¹⁾ vide AVSONIUM epist. xix. et ad-
de, que de hieroglyphica Aegyptiorum
magia, prater alios, differunt: GILLEN

TVS GAVLMINVS ad vitam Mosis, libr. 1.
cap. II. p. 262. et cel. IAC. BRVCKERVS
hist. crit. philos. tom. I. p. 270.

m) vide eundem, p. 295.
n) patet id culenter ex supra laudato IAMELICHI de mysteriis Aegyptiorum libro.

o) in ipsa veterum, in primis Aeg-
ptiorum, doctrina symbolica multa re-
periuntur, quibus naturæ mysteria adun-
brata olim fuisse, maxime est probabile.
Recte DAN. GEORG. MORHOVIUS, non
existimandus est, inquit, adeo stolidos et
inceptos fuisse sagacissimos populos, ut que
vulgo de eorum sacris tradantur, eo sensu
accipi velint, quo se nobis exhibent, it præ-
cipue, qui eorum fingendorum auctores
fueru. Alii sub hoc enigma sensus latent,
mysteria scilicet naturæ secretioris, quod ut
suspitione attingerem multæ; ita fuit inter-
pretis Dauos, unde alterius boule
Oedipus, qui aliudq; de his prodidit, poly-
hist litter. com. i. libr. i. cap. 10. §. 5. p. 87.

placitis arctissime coniuncta. In vitroque quasi campo multa mysteria videre sibi videbantur ipsi philosophi, ex quorum difficultatibus quam explicare se studerent, factum est, ut varia dogmata, in primis de deo: de duobus simul aeternis principiis, bono altero; altero malo: de natura spirituum excogitarent et amplecterentur, quae, quam omni fundamento destituta essent: saltem non ita, vt merito debebat, probari possent, ipsam saepe de eiusmodi mysteriis scientiam longe grauioribus obstruxerunt difficultatibus atque in vias delapsi sunt, ex quarum scopulis vix ac ne vix quidem potuerunt emergere p). De aliis gentibus, quarum philosophia barbarica habetur, consulto raceo. Etsi enim eas multa de spiritibus, dæmonibus, animabus humanis earumque cum origine; tum post solutum corporis vinculum, statu dixisse, haud obscura confirmant vererum scriptorum testimonia; tamen, quod ipsi figurantis, nugis et fabulis magis; quam sane et ab omni præiudicata opinione remota rationis principiis delectabantur; nec, quid in ipsis eiusmodi capitibus philosopho difficile et saepe inexplicabile est, animaduerterebant, non æque commode iisdem mysteriis philosophica tribuenda esse, videntur. De ipsis vero barbarica philosophia mysteriis hæc potissimum generatim obseruari velim. Primum saepe philosophi illi præter omnem necessitatem mysteria finixerunt, ob multa, ipsis a maioribus tradita, falsa dogmata, que, et si omni carebant fundamento; verissima tamen ab iis habebantur. His mysteriis deinde accedebant alia, eo in primis consilio a fraudulenta fæcerdotum turba excogitata, ut his superstitionem alere: plebem in officio continere sibique ac imperantibus sumnam existimationem atque auctoritatem conciliare possent. Non negandum tamen porro est, illos

B 3

quando-

p) de Persarum philosophia egregie illustris IO. LAVR. MOSHEMII hist. doctissimeque est commentatus THOMAS HYDE, cuius *historia religionis veterum Persarum* Oxonii 1710. prodidit. Sunt tamen in hoc, ceteroquin præclaro, opere multa, quorum causa merito aliorum reprehensionem auctor incurrit, nominatum PETRI BAYLLII *dictiōnar. historico*, voc. *Zoroaster* p. 3077. et MELCH. LEYDEKKERI de vario *riūpubl. ebræor. statu*, libr. V. cap. L. Additæ de hoc libro *judicia* IO. IONSII de *scriptorib. histion. philos.* libr. III, cap. 38, §. 4. p. 224. per-

IO. LAVR. MOSHEMII hist. *chrift. antiq. sec. I. part. II. cap. I. §. 2. p. 70.* et cel. IACOBI BRUCKERI *hist. crit. philos. rom. I. p. 144.* Alios de Persarum philosophia scriptores commemorat vir summe reu. CHRIST. AVG. HEVMAN-
NVS *actis philos. part. VIII. p. 185.* qui-
buscum ii, qui de Persarum magis com-
mentati sunt, conferri debent, laudati a
IO. CHRIST. WOLFIO *cur. phil. et crit. in*
quatuor evangeli. p. 26. et MICHAEL LILIEN-
THALIO *archiuar. biblico noni testamēti.*
ad Matth. II, I, p. 19.

quandoque de iis rebus, quæ er nostra astate in philosophicorum mysteriorum classe sunt, disseruisse et, quid statuendum de iis sit, pronuntiasse. Addo, eos e contrario in difficultimis rebus mysteria, de quibus hodie queritur, non vidisse, cum quod rerum naturam earumque causas atque effectus non ita, ut par erat, scrutabantur; tum quod de isdem sepe alias, quam nos, quamvis erroneas, sibi formabant notiones. Invenierunt præterea in multis questionibus, nominatim de mali origine, de mundi ortu, &c. haud leues et sepe vix superandas difficultates, quas ut foluerent, haud raro falsa amplexi sunt principia. Ad extreum in horum philosophorum mysteriis neutquam negligendum est discrimen, quod inter mysteria, vulgari et philosophico sensu sic dicta, positum esse, supra monui. Multa enim pro mysteriis venditata, quæ ad paucorum debebant peruenire notitiam; aut quæ ad ænigmatum ordinem tutius amandari debuissent.

VII

HÆC de philosophia barbaricæ mysteriis. Age, videamus etiam eorum apud græcorum philosophos rationem et conditionem. Amplissimus fane hic nobis sece offerret dicendi campus, si institutum nostrum longiorum permetteret orationem. Summatim et breuiter argumentum hoc attingere, nobis in præsenti liceat. Ad remorissima tempora, quibus philosophia adhuc fabularis viguit, nolo iam descendere; aut de mysteriis orphicis; siue arcana illa antiquissimi græcorum doctoris ORPHEI disciplina fuse disputare. Quantacumque enim Græcia, tum rudi et illiteratæ, eriam sunt visa orphica illa mysteria; satis tamen veterum scriptorum testimoniis comprobatum est, ea nihil fere; nisi multas de deo eiusque natura: de mundi origine: spiritibus ac dæmonibus fabulas complexa esse ipsaque hæc commenta rotamque suam doctrinam, qualisunque fuerit, multis hiroglyphicæ scientiæ velis ORPHEVM inuoluisse q). Taceo quoque de mysteriis, in facrorum cultu ab ORPHEO instauratis, cuiusmodi Cereris et Bacchi initia et orgia fuerunt, in primis, quoniam ea non ad philosophiam; sed ad religionis cultum videntur spectare; ad hæc autem non tam in veris mysteriis; quam in silentio eorum, quæ initiati vel viderant; vel audierant, in silentio, inquam, illo, unico fere horum.

q) dignus in primis est, qui de hoc argumento legatur ANDR. CHRIST. plifica; siue in prisca orphicorum carminum ESCHENBACHIVS. in Epigene de poesi memorias commentatorio, Norimberga, 1510 CCCCII.

horum mysteriorum fundamento, erant posita. Mitto EPIMENIDEM philosophum, quum ea, quæ de mysteriis fertur scripsisse, ex arcana veterum græcorum sacerdotum disciplina magis; quam ex philosophiæ fontibus hausta fuerunt r). Mitto oraculorum in Græcia mysteria, quæ itidem ad præsens institutum minime pertinent, et ad ea tempora, quibus philosophia ad artem cepit in Græcia reuocari, me conuerto. Quum per duos quasi ramos sapientiæ humanae disciplina ibi fuit propagata, aliæque inter philosophos græcos sectæ a Thalete; aliaæ a Pythagora orte, ut et in hac mysteriorum historia vtrumque illum præfca philosophia fontem respiciamus, rem ipsam, arbitror, postulare. Ad alterum igitur ramum ionicam, socraticam, platonicam, peripateticam et stoicam: ad alterum pythagoricam, cleaticam et epicuream philosophiam referemus, ac de singulis, licet breuissime, quædam præcipiemus. Sectæ ionicae auctor Thales fuit, qui, quum non tam ad morum disciplinam; quam ad cognoscendas naturæ vires animum referret, rerumque naturalium et in his quoque ἄποστολον, corporis expertum, earumque modum, conditionem et operationes frutaretur s), non potuit non, in hoc campo constitutus, in multis scopulos incidere: cognitionis nostræ limites experiri, verbo: mysteria offendere philosophica. Idem tenendum est de eius sectatoribus, qui in eodem stadio virium suarum fecerunt periculum. Satis aperte id CICERO t) testatur, qui Socratis mentionem facit, ac primus, inquit, a rebus occultis et ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi, scilicet ionici, occupati fuerunt, auocauit philosophiam et ad vitam communem adduxit. In Socratis schola parciissimos comprehendimus mysteriorum philosophicorum estimatores. Quum enim iste sapientiæ doctor, quemadmodum CICERONEM testem modo produximus, morum disciplinæ formandæ magis; quam rerum naturalium studio, delectaretur, parum quoque de arcana philosophicis sollicitus videtur fuisse, ac, quamvis ea, quæ ad doctrinam de anima, deo spiritibusque pertinent, haud penitus prætermiserit; sed, quid et de his argumentis statuerit, ut in primis EX PLATONIS Phædone constat, profectus

r) vide DIogenem LAERTIVM libr. I. segm. 109. p. 69. Adde THOM. I. cap. 10. LACTANTIVM de falsa religione, libr. I. cap. 5. §. 16. DIOG. LA-STANLEIVM bift. philos. p. 93. et cel. ERTIVM libr. I. segm. 24. aliasque apud IAC. BRVCKERVM bift. crit. philos. rom. virum summe reu. IAC. BRVCKERVM libro laudato, p. 465.

I. p. 421.

s) vide CICERONEM de diuinat. libr. I. iusc. quest. cap. V.

fessus sit; neutquam tamen in abdilos hos arcanæ disciplinæ recessus ita penetravit, ut, quæ in his rebus perfecte adsequatur ratio, humana, sibi relicta; quæ minus, rite et utri par est, cognosceret u). Idem quodammodo non solum de Socratis discipulis XENOPHONTE x), AESCHINÆ y), CRITONE z), SIMONE, CEBETE, quos animi; quam ingenii formandi excolendique, studiosiores fuisse, constat; sed etiam de omnibus fere illis seculis ac scholis, quæ ortum suum socraticæ disciplinæ debere se, gloriabantur, est statuendum, nominatim de cyrenaica, ab Aristippô condita, moralis philosophia amantissima: de eristicâ, cuius sectatores EXCLIDEM Megarensem, EUBULIDEM, ALEXINVM Eliensem, APOLLONIVM CRONVM, DIODORVM CRONVM, STILPONEM aliosque sophismatum potius; quam mysteriorum aucupes extitisse, faris superque notum est a): de elatica porro, de cuius placitis nihil fere certi hodie definire licet, deque aliis, quas breuitatis causa silentio transmittit,

VIII.

MAGIS vero artentos tenuere mysteria philosophica PLATONEM eiusus discipulos, ut fama; sic et rerum naturalium studio cereis facile superiores. Etsi enim in platonica schola multa mysteriis olim sunt adnumerata, quæ nomen hoc, vbi philosophicam vocabuli huius significationem reputamus, nullo fere pacto rueri possunt: eti ipsa docendi ratio: dogmata celandi; neque diuulgandi in hac familia introducta consuetudo b): philosophi porro huius λόγοι ἀπόρητοι c): eius denique ambigue et obscure loquendi sententiāmque dicendi studium d) aliaque iis maxime discipulis, qui summa familiaritate ab ipso minus digni habiti, mysteria videbantur, quæ talia non erant, et quo sine dubio illa arcana; nec vulganda PLATONIS dogmata, quæ NUMENIVS, philosophus platonicus, singulari libro descripsisse dicitur, sunt referenda; neutr

a) patet id luculententer, si XENOPHON philosophis veterum eristicis, Iena 1810 libr. IIII. memorabilium p. 800, sq. paulo attentius legatur.

b) conf. cel. BRUCKERVM bīf. critic. p. 660.

c) vide PLATONEM epif. VII. tom. III. p. 341.

d) lege DIOGENEM LAERTIVM libr. III. segm. 63, 64. p. 201.

x) apud eudem, p. 877.

y) lege nostram commentationem de

riquam tamen negandum est, et Platonem; et eius sectatores, cum qui in veteri; cum noua academia fuerunt de multis rebus, que hodieque acutissima philosophorum exercent ingenia, subtiliter ratiocinatos esse. Eo maxime eius de ortu mundi: de origine mali: de dei natura: de angelis et dæmonibus: de horum pariter ac animæ nostræ essentia, virtutibus operationibusque disputationes suo quasi iure sunt referendæ e). Idem tenendum est de magni huius doctoris discipulis tam iis, qui veteri; quam qui noua academia addictos sese sunt professi, ut ex lūpā laudato IAMBЛИCHI de mysticis libro, haud obscure, puto, intelligi. Recete enim GERARD. IO. VOSSIUS f), non posse aliunde melius; quam ex hoc opere, arbitratur, cognoscit, quid et platonici de diuinis rebus senserint, quum IAMBЛИCHVS, platonici magistri, PORPHYRII insti-
tutione vñs, Aegyptiorum et Chaldeorum opinionem sic referat, ut idem ipsum statuisse, haud facile negari queat g). Reliquorum plato-
nicorum de spirituum natura et affectionibus placita id eriam testantur,
quæ si vellem fusius recensere, ne limires suos transgredere tur oratio
mea, non sine cauſa verendum mihi foret. Id unicum tantum addere
liceat, quamvis platonici rei veritatem, quæ sensuum nütitur testimoniis
aque experientia, in dubium quam maxime vocare sibi sumserint; tantum
tamen abesse, ut hoc modo mysteriorum scopulos cuitarentur; ut in
longe

e) vid. JACOB. BRUGERVM *Histor.*, in quo de naru animæ et corporis, quod illas instrumentum esse contendit; multa differuntur. Adde laudatum FABR. CIVVM loco memorato p. 14. et 36. seq.
vbi eos memorat, qui de vita et philo-
sophia Platonis sunt commentatæ. In
his in primis dignus est, qui legatur
CLAVDIUS FLEVRY, cuius elegans de
philosophia Platonis dissertatione addita est
eius tractatu de delectu ac methodo studio-
rum gallice edito Bruxellis c. 10. et LXXX.
VII. et CIOCCY. IZ.
f) de lectis philos. cap. II. §. 6. p. 16.
g) IAMBЛИCHVM enim platonicorum
philosophia addictum fuisse, testantur:
AVGVSTINVS de ciuitate dei, libr. VIII.
cap. 12. tom. VII. oper. p. 154. ed. Bened.
Antuerp. et IULIANVS orat. III. p. 146.

longe plures incidisse eos, res ipsa satis et abunde confirmet, id quod, si tempus permitteret, facili negotio, credo, posse demonstrari. **VIII**: librum trium ob eius omnia. **SED** satis de Platone. ARISTOTELEM a veterum sapientum, in primis Platonis placitis, eiusque philosophandi ratione re ipsa, saltem, ubi id non poterat, verbis dissentientia data opera voluisse, nemo facile negabit; hoc tamen simul omnes fateri oportet, parum cum de πνευματολογίᾳ, si a ψυχολογίᾳ discedamus, fuisse follicitum; neque multum mysteria illa πνευματολογίᾳ curasse. Eius vero de mente et anima humana, quam ab illa distinguit, doctrina obscurissima, ut interpretum ingenia eo praeципue æuo, quo istius auctoritas summa erat, mirum in modum defatigavit; ita ipse, multa nostræ rationi in hac philosophia parte incognita, saltem penitus perspecta esse, luculenter confiterur b). Taceo de iis, quæ de intelligentia æterna, tamquam mentium fonte, deque aliis tam obscure pronuntiavimus, vt, si non ipsa eius dogmata; verba tamen, quibus in hoc argumento vñs est, interpretibus magna olim arcana fuisse, videantur. De philosophia aristotelica sectatoribus deque iis, qui de mente, de anima, de intelligentiis, in primis de qualitatibus occultis i) differuerunt, deque aliis rebus, quæ commode ad arcanam philosophiam veterum possunt referri, ne nimis me diffundam, taceo. Stoicorum doctrina multa de deo eiusque natura complexu suo tener, quæ huic philosophiæ amatoribus, iis

b) lego CLAVD. BERICARDVM circul. pisau. p. 136. Scriptis etiam ipse ARISTOTELES tres libros de anima, quorum primo veterum philosophorum de hoc argumento sententias diuidat: secundo de anima sensu: tertio de rationali commentatur. A tribus his libris, qui hodie adhuc extant, diuersis est etidum deperditus eiusdem philosophi de eodem argumento dialogus, quem Endemius inscript, a SIMPLICIO, commentariis in modo laudatos Aristotelis de anima libros saepius excitatus. Lege 10. ALB. FABRICIVM biblioth. græc. libr. IIII. cap. 6. vol. II. p. 129. In aliis scriptis

physicis, ab hoc philosopho editis, haud pauca obvia sunt, quæ ad naturæ mysteria non immixtio debent referri, licet non negandum sit, veram eius de his sententiam propter obscurum, quo deliciatus fuit, scribendi genus, sape vix diuinari posse.

i) doctrinam cum veterum; tum non nullorum recentiorum physicorum de qualitatibus occultis eleganter commemo rat harumque diuersa genera percenset DAN. GEORG. MORHOVIUS polyhistor. litterar. tom. II. libr. II. part. 2. cap. 8. p. 302.

falem, qui sana vti voluerunt ratione, inexplicabilia; aliis vero, qui magis sapiebant, incepta potius et veris principiis contraria debuerunt videri, ne dicam de reliquis eorum placitis πνευματολογικούς, ab iis, qui stoicorum dogmata ad iustum ordinem reducere studuerunt, curatius expositis *k*).

ACCEDIMVS ad alterum philosophiae græce ramum, ad scholam nimirum pythagoricam, cui reliqua inter Grecos philosophorum sectæ, vti ex, quæ a nobis iam perlustratae sunt, iōnica ortum sum fuisse debent. Philosophia haec celeberrima, a loco, vbi maxime floruit, *Italica*: ab auctore eius et conditore *pythagorica* dicta, multa quidem mysteria complecti olim est visa. Vebatur enim Pythagoras pro auditorum conditione, duplice docendi modo, vulgari altero; altero arcane: neminem nisi antea studiose et diu ab ipso exploratum, ad audienda eius dogmata; siue potius, vti vulgo putabatur, mysteria admittebat: ipse se, quum doceret; aut commentaretur, notionum mathematicarum in reliquis discipulis philosophicis vsu, obscurissimum, siveque per id placita mysteriorum reddiebat plenissima: celabat sua deo naturisque diuinis precepta summo studio, eorumque mysteria in vulgus ne emanarent, omni cura prouidebat *l*): erat præterea summus, testibus *PORPHYRIO* *m*) et *CLEMENTE* *Alexandrinio* *n*) amator obscurorum, quibus dogmata sua, velut peplo, inuoluebat, symbolorum, sermonistique hieroglyphici et allegorici, quemadmodum *ii*, qui de vita et philosophia Pythagoræ sunt commentarii, nominarim ex antiquioribus *DIogenes Laertius* *o*), *PORPHYRIUS* *p*) et *LAMBICHUS* *q*), ex recentioribus,

C 2

præ-

k) vide, præter DIogenis LAERTII, SENECAE, EPICTETI ET ANTONINI imperatoris doctissimos interpretes, præ ceteris, LVSTVM LIPSIVM, manuduzione ad philosophiam stoicam et differentiationibus de physiologia stoica, aliosque, a viro summo reverendo CHRIST, AVG. HEYMANN act. philosoph. part. IIII. p. 741. part. VII. p. 161. part. VIII. p. 478. laudatos.

l) lege, præter eos de philosophia pythagorica scriptores, quos infra commemorabo: GEORG. LANVM de pytha-

gorica ingeniorum seruirate, et IO. LVD. SCHMIDIV M. diss. de silentio Pythagorico, Lips. C. 10. CLXXXVIII. lib. viii. cap. vii. m) vir. Pythagori num. 41.

n) Stromat. libr. v. p. 676. ed. POTTERE. o) libr. VIII. segm. 1. sq.

p) qui vitam Pythagore singulare libro descripsit, editam a LUDOLPHO KVSTERO, Amstelod. C. 10. CCVII.

q) in vita Pythagoræ, quam KVSTERIVS laudat PORPHYRII editioni adiunxit.

præter alios, a viris celeberrimis, CHRIST. AVG. HEVMANNO, ^r) et IAC. BRUCKERO ^s), laudatos, IOANNES in primis SCHEFFERVS ^t), fuisse monstrarunt. Nihilominus quemlibet, me non monente, arbitror, videre et intelligere posse, quam supra, reliquorum sapientum græcorum mysteriis dijudicandis adhibendam esse, montuimus, cautionem eamdem et hic necessariam quodammodo videri, vtne arcana, paradoxa et obscura cum veris et germanis mysteriis confundamus. Si qua tamen eiusmodi quærenda in Pythagoræ schola sunt, quæri, ea existimo posse, cum in eius peruersa et erronea deo eiusque natura opinione ^u), quæ, falsis principiis nixa, non potuit non pythagoricos philosophos in multos detrudere scopolos; tum in illius de tribus post summum deum intelligibilium generibus ^x), quæ una cum eius ψυχολογίᾳ, de qua singularem librum scripsisse fertur ^y), omnem fere πνευματαλογίαν Pythagoricam complexu suo tenent. In hac, fateor, perplexa sunt mysteria; maxima tamen eorum pars, quod in erroris ἀπόθεσει fundamentum suum haber, itidem evanescit, si ipsa, quibus mysteria illa innituntur, principia corruunt. Addo paucissima de sectis eleatica et epicurea. Ut illius patroni et sectatores multa præcipere et defendere sibi sumserunt, quæ, si vera fuissent, mysteriorum philosophicorum numerum mirum in modum debuissent augere; ita Melissus in hac schola, doctrinam de diis permulta, quæ humanas cognoscendi vires superent, complecti ideoque mysteriorum adeo plenam esse, ut nihil certi in ea definiri debeat ac statui, fassus est ^z). Si hanc; siue Epicuri scholam reputamus, non tam eius φυσιολογία, quam ψυχολογία in hunc censem cadit.

^r) act. philos. vol. I. p. 370. vol. II. p. 487.

^s) hist. crit. philos. tom. I. p. 990.

^t) de natura et constitut. philos. italicæ, Vpsal. 1500. Adde de hac philosophia differentes: GER. IO. VOSSIVM de sectis philos. cap. VI. p. 28. GEORG. HORNIVM hist. philos. libr. III. cap. II. PETR. BAYLIVM dictionar. voc. Pythagoras tom. III. p. 2440. THOMAM STANLEIVM hist. philos. pars. VIII. p. 658. IO. ALB. FABRICIVM biblioth. græc. libr. II. cap. 12, vol. I. p. 455. CLAVDIVM LIGNIERIVM differentiatione de secta pythagorica, aliasque a cel. CHRIST. AVGUST.

HEVMANNO actis philos. part. II. p. 370. et pars. IIII. p. 751. sq. laudatos.

^u) compara de hac pythagorica opinione inter se effata CICERONIS de nar. deor. libr. I. cap. 12. de senectute, cap. 21. CLEMENTIS Alexandrini parænes. ad genit. p. 47. ET THEOPHILI Antiocheni, libr. IIX ad Autolicum, cap. 5. p. 290. ed. WOLFI. s. supradicta

^x) vide cel. BRUCKERVM libro laudato, p. 1082.

^y) de vit. philosoph. libr. VIII. segm. 6.

^z) vid. LAERTIIVM libr. VIII. segm. 24. p. 563. obviò sedem

cadit. Quis enim epicureis mysteria denegabit, vbi illam rite expenderit et ea, quæ philosophorum horum dux et antesignanus de subtilissima animæ ex tenuissimis rotundis corpusculis textura et fabrica: de, horum per totum corpus transitu et cohaesionem: de quatuor illis, quibus hæc istiusmodi texturæ anima constat, naturis cet. docuit ^{a)}, rite et vii par est, examinauerit.

HAEC de græca philosophia mysteriis. Quæ generatim intuentibus nobis et, qualis eorum ratio sit, cogitantibus idem, quod de mysteriis philosophicæ barbaricæ, et de his statuendum esse, videtur. Non negandum est, iis, quum de anima eiusque operationibus ac virtutibus scripserint; aut, quæ spiritum conditio: quæ dei natura sit, docuerint; aut de aliis istiusmodi generis argumentis sint commentati, multa sese obiecisse, in quibus curatus rimandis et hodie humana cognoscendi facultatis imbecillitatem cogimur experiri. Neque vero non quilibet historiæ philosophicæ peritus fatebitur, antiquos Græcias sapientes in iisdem rebus ea, quæ abdita nobis et abscondita sunt, haud raro agnouisse solisque coniecturus sua de eiusmodi difficultoribus questionibus dogmata niti voluisse. Nihilominus multi arcana Græcorum philosophia inlunt, quæ nullo pacto probari queunt ac defendi. Non rite inter se distingunt diuersos cognitionis humanae gradus; neque adcurate ea, quæ certe; quæ probabiliter, cognoscuntur, nec hæc ab iis, quæ tantummodo possunt esse, dispertere solent. Eo fit, vt sepe ibi mysteria haud videant, vbi videre ea merito magni illi philosophi debuissent. Nimis sepe confidenter de eiusmodi argumentis pronuntiant et, ut eorum difficultatem tollant ac dispellant, quibus suffusa sunt, tenebras, principia sibi fingunt, omni fundamento destituta; aut dogmata, tamquam verissima, amplectuntur, quæ, consultius fuisse, ad minus probables conjecturas ablegare. Multa pro mysteriis venditant, quæ talia neutriquam sunt, sequentur, quod inter mysteria, vulgari et philosophico sensu sic dicta: inter arcana et obscura habetur, minus animaduertere, luculentem produnt. Fouent præterea haud pauca principia et dogmata, ad tollendas variarum questionum difficultates, excogitata; neque, iisdem longe plures per ea, quæ ex his principiis deducuntur, ipsis parari vident. Quæ omnia, si tempus foret, facillimo a me demonstrari possent negotio.

DE Romanorum mysteriis philosophicis pauca adlungenda sunt. Quum nullam hi nouam scholam conderent; sed, nescio, quo fato, vnicere græcorum philosophorum sectis adhærerent, aliis huius; aliis illius Græciæ philosophi placita amplectentibus, nihil certe noui de hoc philosophiaæ capite ex romano agro facile est exspectandum b). Quidquid in difficilioribus illis, quæ supra atrigimus, de ortu mundi: de mali origine; de dæmonum deorumque natura; de animæ humanae viribus ac virtutibus, argumentis, priscis illis Græcia doctoribus placuerat, in eo adquieuerunt; neque, ut nouarum in hac eruditionis humanæ parte rerum cupidi solent, tradita curatius rimari; aut, quantum in ardua hac et arcana disciplina ingenii et cognitionis humanæ vires possint, operose explorare studuerunt. Idem quoque de iis dicendum est, qui nulli parti adeo adhæreabant, quin et aliorum dogmata probarent, et, quæ optima apud unumquemque horum philosophorum ipsis sunt visa, amplecterentur. Eo pertinet haud immerito CICERO c), cuius de deorum natura libri quodammodo ad arcana Romanorum, ex Græciæ fontibus hautam, philosophiam sunt referendi. Taceo de CATONE minore, ANDRONICO Rhodio et LVCRETIO, quorum hic φυσιολογία epicuream litteris consignauit d); ille sine dubio eamdem, quam ARISTOTELES, de anima fonit sententiam: iste stoicorum de dei natura dogmatibus sese addixit. Neque vero non, præter LVCRETIVM,

b) legg ANT. CARAFAM de gymnas. rom. libr. I. cap. 7. p. 17. De Romanorum philosophia PAGNINVS GAVDENTIVS data opera commentatur volumine de philosophia apud Romanos initio et progreſſu editi primun Pisces cīdīcxxxxxiij. deinde in collectione noua librorum rariorū, que Halæ prodit, fascic. II. p. 81. et fascic. III. p. 1. sq. De hoc GAVDENTII libro honorifice quidem sentiuunt auctores observationum balensium, tom. VII. num. 9. §. 2. p. 238. et GOTTL. STOLLIVS in der historie der gelahrbeit, part. II. cap. I. §. 60 p. 375. alii tamen, neque immerito, multa in isto recte adnotarunt, que insta animaduincione sunt digna. Vide CHR. AVG. HEYMANNVM

c) acr. philof. part. XVI. p. 634. et cel. IAC. BRUCKERVM histof. critic. philof. tom. II. p. 4.

d) de Ciceronis philosophia singularem librum IASON DENORES edidit, de quo videnda sunt Gundlingiana, part. XVI. p. 121. De eodem arguento sedulo quoque est commentatus cel. CHRIST. AVG. HEYMANNVS acris philof. part. VIII. p. 444. Addit GEORG. HORNIUM histof. philof. libr. IIII. cap. 5. et IAC. BRUCKERVM, hist. crit. philofop. tom. II. p. 46.

d) libris VI. de rerum natura, de quibus vide I. A. FABRICIVM biblioth. lat. vol. I. p. 43.

et alii celeberrimi Romanorum poëta possunt commemorari; qui etiam tum, quum fabulari videntur, sēpissime grāuiter docent et multa ex veterum grācorum arcana philosophia immīcent. Non difficile mihi esset, ex VIRGILIO id demonstrare et stoicæ in ipso physiologie vestigia ostendere; aut, quæ de animarum post mortem statu fabulis is inuoluuit, hoc locq in lucem protrahere e). Possim quoque ovidi mentionem facere eumque sua de origine mundi: de historia deorum: de statu animarum, a corpore separatarum, aliaque ex Gracia cum fabulantis; tum philosophantis campo petiisse, monstrare f); aut probare, MANILIVM, vt et cel. BRUCKERVS monuit, philosophiae mysteriis imbutum fuisse atque stoicorum φυσιολογίας haud obseura in astronomico suo prodidisse indicia. Possim porro de aliis Romanorum philosophis pythagoricis, platonicis, eclecticis disputare horumque deo, anima aliisque difficultibus capitibus sententias in medium proferre, ac, quid ipsis in his argumentis arduum et sēpe inexplicabile sit vīsum, recensere; neque incommode aliqua, huc facientia, ex APULEII de deo Socratis libro, commemorare. Sed præstat, tacere et vberiorem huius rei tractationem ad aliud tempus differre, ne nimis me diffundere; aut plura, quam mei instituti ratio huiusque scriptoris limites postulant, dixisse, videar. Atque hoc in cauſa est, quare nequæ de christianorum, qui antiquiora secula nobilitarunt; nequæ de scholasticorum in hoc philosophiæ genere conatibus in præsenti, vti argumenti dignitas merito requirit, dicere queam. Quam multa vero hoc loco commemorari debent, vbi, quam egregie fibi apud multos ordinis sacri patres Platonis de his rebus dogmata commendauerint, enarrare g); aut TERTULLIANI de anima librum: AVGUSTINI de codem argomento sententiam: LACTANTIUS de opificio dei commentariolum: itemque PRUDENTII de anima hominis cœta; aut IUSTINI martyris, ORIGENIS, BASILII,

e) libr. IIII. georg. v. 220. et libr. VI. part. I. cap. I. §. 6. p. 26. sq. et IAN.

FRANC. BVDDEVVM ifagog. ad theol. universi. p. 497. Alii ordinis sacri patres

a platonismi suspicione studuerunt libe-

rare, in quibus, prater alios, fuit P.

BALTVS libro, defense de saintes peres accusa-

sez de platonisme inscripto, Paris 1510ccxi.

Auctor impugnat hoc libro commenta-

tionem, le Platonisme dévoilé, quam multi

ERREGOTT. DAN. COLBERGIUM in SOUVERAINIO solent tribuere.

HYPÉRONYMUS, EVSEBII, CHRYSOSTOMI de genis, dæmonibus, aliisque arcanæ, quam disporto, philosophia capiibus opiniones in scenam producere vellem. Facile præterea a me monstrari posset, a philosophantum illorum ciuitatis christianaæ doctorum cœtu mysteria theologica cum philosophicis sè penumero confusa; neque, quæ rationis, ab iis, quæ oraculorum diuinorum ope mortales cognoscunt; rite, ut merita par erat, separata esse, ibam omnia ab aliis suis intermixtae, ut ad hoc modo dicere et expalcare, non possem. **XIII.** si ad recentiora et nostra in primis tempora animum aduerimus, non negandum quidem est, neminem tam diuino ingenio fuisse; nec esse facile potuisse, ut mysteriorum scopulos penitus removere; aut tenebras ex hoc philosophicæ campo dispellere ac dissipare potuerit. Hoc tamen quilibet simul veritatis amicus confitebitur, nostræ ætatis philosophorum ingenia in his difficillimis questionibus, si non penitus solvendis; curatius tamen excutiendis feliciori; quam antea, successu occupata fuisse. Rimi sunt studiose, quid in veterum philosophorum ea de re placitis verum esset, quidue falsum: que porro principia præoccupatis opinionibus niterentur, quæ veritate. Posuerunt operam suam in eo, ut ardua illa philosophia capita curatius et majori animi attentione; quam antea factum fuerat, retractarentur, adeo, ut nullum fere arcanæ huius disciplinae caput facile repériatur, quod non diligentius nostro æquo fuerit excussum ac dilucidatum. Ut enim de iis taceam, quæ in metaphysicis libris de his argumentis disputata sunt, nonnulli speciarim de πνευματολογίᾳ, principe arcanæ philosophiae parte, fuerunt solliciti, hique iterum inter se sunt diuersi generis. Alii enim generatim disciplinam hanc illustrarunt; alii contra singulari eius capiti et argumento lucem studuerunt accendere. Eo merito referuntur, qui de existentia et operationibus malorum dæmonum: de spectris: de obsessis horumque status indole et causa: de anima humana eiusque cum substantia, tum natura et indole; porro de eius origine: arcto illo, quod inter eam et corpus est, vinculo: de eius operationibus; affectionibus, statuque post mortem: de magia naturali deque aliis eiusmodi ψυχολογίas argumentis data opera singularibus scriptis sunt commentati. Quæ omnia si fusius percensere hoc loco vellem, ne scriptoris huius modum excederem, hanc immiterito mihi esset verendum. Sofficiat, hoc loco breuissimam historiam de antiquorum mysteriis philosophicis dedit.

XIV.

AGE vero, rem ipsam adgrediamur et, quæ mysteriorum philosophicorum sit ratio, quive modus, in præsenti paulo curatius videamus. Si generatim mysteria species, hoc vocabulum de iis rebus, videbis, usurpari, quæ, quum ad nostram cognoscendi facultatem referantur, ita sunt comparatae, ut esse eas et existere, quidem sciamus; quo autem modo sint et existant: quæ eorum indoles sit et natura: qui porro agendi modus: qualis denique inter causam atque effectum nexus, mente comprehendere ac definire, ob arcos humanæ cognitionis limites, nequeamus. Illud rei existentiam: hoc essentiam dicere philosophi solent; vtriusque vero ratio in hoc argumento habenda, et si, quæ mysterium constituant, queratur, cum ipsis rei existentia, nobis cognita ac perspecta; tum eiusdem essentia; sive qualitas, supra nostram intelligendì ac comprehendendì vim posita, expendenda esse, videtur. Quidquid certe de mysteriis dicitur, ad horum vtrumque, ad existentiam et ad essentiam rei, de qua disputatur, referri debet. Neque vero non ea in re omnes fere philosophi consentiunt, quomodocumque etiam mysterium definiunt. Quum enim nonnulli dicant, esse id sententiam; vel dogma de materia quadam, quod rationi sibi relicta vel prorsus sit imperium; vel saltim non satis pateat: quum alii rem esse velint, cuius existentia demonstrari quidem possit; in qua vero multa nobis ad perfectam eius cogitationem atque intelligentiam desint, adeo, ut, sepe non affirmantes; sed negantes tantummodo notiones fingere de ea, nobis liceat; facile, arbitror ego, constare, verbis quidem; non re dissentire philosophos eosque, vt in mysterio cum ad rei existentiam; tum ad eiusdem essentiam ac modum respiciatur, haud obscure velle b).

XV

Vbi ipsas res cogitamus, quarum essentia minus cognita nobis est, et in primis fontem refpicimus, ex quo earum existentiae haurire solemus notitiam et vnde nobis ea innotescit, duplum illum esse, facili negotio reperiemus. Quicquid enim scimus, vel naturæ ac rationis humanæ; vel reuelationis ac scripture sacrae ope discimus. Quum vero vitraqe lumen nobis accedit, quo nostra rerum cognitio nitatur, duplicitis generis

b) conf. IO. IAC. SYRBII institutiones AVG. CRYSIVM in der antweiflung verphilosoph. prime, p. 342. et ccl. CHRIST. nünftig zu leben, §. 279; p. 343.

generis mysteria quoque esse, facile patebit: alia naturae ac rationis; alia contra reuelationis ac fidei. Illa in rebus versantur, quarum existentiam ratio humana sibi relicta et propriis quasi viribus cognoscit et experitur; in his autem dogmata nobis patefunt, rationi humanae abscondita; siue res, ad quarum existentiam cognoscendam mortalium intelligendi vires neutiquam sufficient quaque nobis incognitae plane essent; nisi supremum numen eas nobis in scriptura sacra reuelasset. Ita deum esse eumque ens perfectissimum, cui omne, quidquid extra eum existat, originem suam debeat: anima humanae vires alias in intellectu; in voluntate alias se se prodere: magnum eiusdem esse cum corpore commercium, quilibet, nullo diuino instructus oraculo, rationis suae ysu facile intelliget; qua contra in tabulis sacris de trinitate, de generatione filii ab aeterno ex essentia patris: de processione spiritus sancti a patre et filio: de unione personali duarum naturarum in Christo: de unione sacramentali litteris mandata legimus, ita sunt comparata, ut quilibet sapiens veritatis amicus, ultra omnem mere humanam cognoscendi atque intelligendi vim ea adscendere, libere confiteri debeat.

XVI.

POSTERIUS mysteriorum genus, quoniam ad theologorum fundum spectat; neque philosopho, quoad is naturalibus solummodo rationis humanae viribus nititur, illa cum reuelatione res est, merito in presenti missum facimus, et prius tantum, quod mysteria naturae; siue rationis humanae, complectitur, hoc loco in scenam producimus. Recte mysteria haec philosophica dicuntur, quatenus principium, vnde earum rerum existentia, quarum essentiae cognitio humanas intelligendi vires superat, nobis innotescit, cogitamus. Istud est ratio humana, cuius lumine philosophus earum rerum, quarum ceteroquin natura et inde ipsi est inexplicabilis, veritatem; siue, ut distinctius loquar, veram et exploratam existentiam cognoscit. Ex quo simul facile patet, istius potissimum principii rationem habendam esse, si discrimen inter theologica et philosophica mysteria monstrare; aut, que generatim de mysteriis diximus, speciatim ad philosophica transferre velimus. Quid enim, his positis, mysterium philosophicum est aliud; nisi res, ad cognitionem nostram relata, cuius indeoles ita comparata est, ut eius existentiam rationis humanae ope scire quidem ac demonstrare valeamus; existentiam vero ac modum explorare, rimari ac rite definire nequeamus.

Atque

Atque in hunc censum difficillima illæ quæsitiones de anima humanæ origine: de eius cum corpore coniunctione: de operationibus diabolis, aliaque cadunt, de quibus infra dicendi locus erit.

XVII

VTRI plura dantur mysteria philosophica; ita quoque non omnia unius eiusdemque sunt generis ac conditionis. Differunt inter se, vbi primum, præter antea memoratum principium generale, sive rationem humanam, *principia cognoscendi* specialia reputamus, vnde earum rerum, quarum essentiam ignoramus, vera exsistentia nobis patet fieri solet. Tria constitui possunt huius generis specialia principia, quorum alterum *rei essentia* est; alterum *experientia*; tertium *fides historica*. Ad *essentiam rei* quod *primum* adtinet, satis est manifestum, sepe nos ex ea, principiis rite formatis et iusto ratiocinandi modo adhibito, exsistentiam alterius rei probare ac demonstrare posse, quamvis ipsius huius rei, cuius exsistentiam extra omnem dubitationem posuimus, essentiam ac naturam neutiquam rite et vti decet, adsequamur multaque nobis in ea maneant obscura atque inexplicabilia. Verissima hæc esse, neminem facile, arbitror, negaturum, si omnipresentiam et aternitatem dei animo cogitauerit. Vtriusque diuinæ virtutis exsistentiam ratio humana ex notione entis perfectissimi, quale deum esse et esse debere, agnoscat, certissime efficit. Quum enim satis superque perspiciat ratio, deum, vt ens perfectissimum, nullis posse limitibus esse circumscriptum, facile ex hoc simul conficit, deum etiam, ratione loci et temporis habita, omnium limitum expertem esse debere ipsique proinde summo iure omnipresentiam et aternitatem esse tribuendam. Sic luculenter ratio humana exsistentiam horum dei attributorum ex eius essentia stabiliet ac comprobabit, licet ipsa simul, naturam ac modum illorum comprehendere et adsequi neutiquam se posse, libere et vltro debeat confiteri. Pari modo duorum sibi inuicem, vt philosophi dicunt, *contradictorie* oppositorum alterum vere exsistere debere, si alterius exsistentiam perspecta rei ipsius essentia plane tollat, nemo facile poterit negare. Tum vero idem de exsistencia rei alicuius ex alterius rei essentia possumus esse certissimi, licet illius modum et rationem minime intelligamus. Ita, qui deum ens corporeum esse neutiquam posse, ex illius essentia ratiocinando efficiet, is haud difficulter ens simplex omnisque materiae expers esse numen istud supremum, procul dubio agnoscat; multa

tamen simul ipsi manebunt obscuræ; neque satis explicata, si, que spiritus huius natura, que indoles sit, cogitando adsequi et perfecte intelligere velit. Secundum principium est *experiensia eaque propria*, si quis sensuum suorum testimonio de rei cuiusdam existentia certus quidem redditur; sese tamen naturam eius et quæ ad eam pertinent, rite cognoscendi, facultate destitutum sentit. Eo iure meritoque referenda sunt animæ humanae ac maligni spiritus operationum mysteria. Ita quisque exploratum habet, se anima esse præditum: inter hanc et corpus arctum esse vinculum et virtus motus inter se consentire. Hæc omnia vi propriæ sensationis et experientiæ nemini possunt esse incognita. Quid vero? qualis sit harum rerum essentia et modus: qualis nexus et ratio agendi, queratur, annon ipse fateatur ignorantiam suam, est necesse? annon rationis suæ limites et infirmitatem debet agnoscere? Sic etiam fieri potest, ut quis spectra hominesque confessos videat, ideoque eorum atque effectuum, qui ex illorum ratione colliguntur, existentiam sibi persuadeat, fieri, inquam, id potest; nihilominus tamen et in his multa sibi inexplicabilia, verbo: naturæ mysteria deprehendet. Duobus his cognoscendi principiis accedit tertium idque *fides historicæ*, vna cum *experiensia aliena*, quum cognitio existentiaz eorum, quibus inter mysteria philosophica locus est adsignandus, eiusmodi humanis nititur testimonis, de quorum fide et veritate non dubitare licet camque ob causam summum probabilitatis gradum, a certo non longe remorum, efficiunt, imprimis, quando ea cum testium propria experientia sunt coniuncta. Ad hunc censem præcipue operationes pessimi genii, speciatim obsessiones corporum, spectra, magia aliaque pertinent.

DIVERSA quoque sunt inter se mysteria, si res objectas reputamus. Harum saepe ea est conditio, ut, si ad nostram intelligendi facultatem referantur, supra hanc positas illas esse, libere confiteri nos oporteat. Mysteriorum horum alia ad *deum*; alia ad *res ab ipso conditas* et in his nonnulla ad *spiritus*; cetera ad *corpora* spectant. Nimirum longum et a meo instituto alienum foret, si horum mysteriorum genera singulatim percensere ac de his fuse disputare vellem. Sufficiat, eorum tantummodo aliqua, velut exempla, quibus dicta illustrari et ad maiorem lucem reuocari possunt, in præfenti adiungere. Ordinar a deo, de quo quidquid fere cogitaueris, id omne, videbis, mortalium cognoscendi vires superare;

sic

sue ad eius essentiam generatim; sue ad attributa huius supremi numinis animum aduertere velis. Quod ad essentiam eius adtinet, summo iure ipsi, ut in scholis dici solet, *incomprehensibilitas* tribuitur, hocque vocabulo, essentiam eius ita comparatam esse, indicatur, ut a nullo finito intellectu comprehendendi queat. Quamuis enim intellectus, dum mundum considerat, notionem sibi de deo formet cumque, tanquam vniuersam caussam efficientem, a rebus creatis discernat; eius tamen propriam, formalem, positivam rationem cognoscere minime potest. Notiones enim nostrae, si rem accurate expendimus, non tam, quid ille sit; quam quid non sit, definiunt, etiam tum, quum verba, quibus utimur, aliquid affirmans exprimere videantur. Id quod ut res ipsa ex experientia luculenter docent; ita iam verorum sacrorum expertes, quos prifica etas tulit, philosophi hoc agnoverunt. Apud PLATONEM ⁱ), Socrati quid deus sit? interroganti, Timaeus, τὶ μὲν ἐστιν, responderet, δίδα, τὶ δὲ ἐστιν, εἰδα, quid non sit, scio; quid sit autem, nescio. Neque desunt alia eiusdem philosophi effata, quae idem affirmit. Prouoco ad eius testimonium ^k), quo πρύτεον ἐδαμώς ἐγενότας Θεὸν, deum ineffabilem esse, pronuntiat: item ad aliud ^l), in quo, neque nomen; neque definitionem; neque scientiam de deo, utpote qui super intelligentia limites positus sit, nos habere, libere confiteretur. Addo denique hoc effatum ^m): τὸν μέγιστον Θεὸν Φαμὲν, γέτε Στρῦν δεῖ, LACTANTIO ⁿ) interprete: quid omnino deus sit, non est querendum, quia nec inueniri potest; nec enarrari. Proinde et PROCLVS ^o) omne diuinum, ait, esse ineffabile; ipsum vero supremum deum adeo esse inexplicabilem, ut de ea silere homo prorsus debeat. En verba APULEII ^p): nunc mibi adepto totus, quantum mente vales, quantum calles astutia: diuinitatis enim ratio diuina sensus intentione noscenda, torrenti simillima est fluuo, e summo in pronum precipiti rapacitate currenti, quo efficitur, ut intentionem nostram non solum audientium; verum etiam tractantium ipsorum celeri velocitate pretereat, et quae de Simonide apud CICERONEM ^q) habentur: roges me quid aut quale sit deus, auctore

D 3

vtar

ⁱ⁾ Timaeo, tom. III. operum, p. 28.^{m)} libr. VII. de legib. tom. II. operum,^{k)} loco memorato, p. 27. Ad hume

P. 788.

Platonis locum respicere videtur LACTANTIVS libr. I. diuin. institut. cap. 8. §. I.

ⁿ⁾ de ira dei, cap. XI.

I) legē TOE. PFANNERVM System. theol. gentil. cap. II. §. 30. p. 124.

^{o)} theol. Plat. libr. I. cap. 4. coll. libr.

II. cap. 6. et libr. III. cap. 1.

^{p)} Hermet. Trismeg. ad As-

clop. p. 77. cd. ELMENHORSTII.

^{q)} libr. I. de naturā déorum, cap. 21.

vitar Simonide, de quo quum quefuisset hoc idem tyranus Hiero, deliberandi causa sibi unum diem postulauit, quum idem ex eo postridie quereret, biduum petiuit: quum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret, cur id faceret, quia, quanto, inquit, diutius considero, tanto mibi res videtur obscurior: item, quae apud PLVTARCHVM r) sunt: πλεὸν ἐστὶ τῷ περὶ μάστιχῶν ἀμφότες καὶ πολεμικῶν ἀρχατέντες διαλέγεσθαι, τὸ τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια πεάγματα διασκοπεῖν ἀνθρώποις ὄντας, grauius enim est; quam de rebus musicis imperitum musicis; aut de bellicis militiae rudem verba facere, rei deorum et geniorum velle perspicere eum, qui fit homo. Alia testimonia breuitatis cauilla silentio pratermitto, a PETR. DAN. HVETIO s) et TOBIA PFANNERO t) in medium adlata. Cum his consentiunt multa praelara christianorum doctorum, CLEMENTIS Alexandrini, TERTULLIANI, ARNOBI, MINVCI FELICIS, HILARII, BASILII, GREGORII Nazianzeni, AMBROSI, AVGUSTINI aliorumque effata, quae, præter laudatum TOB. PFANNERVM u) apud IO. PAVLL. HEBENSTREITIVM x) et DIONYSIVM PETAVIVM y) habentur.

XVIII

ESSENTIA atque attributa in deo, ut ipse in quo nullum datur accidens; siue modus contingens, non differunt. Ex hoc tuto licet efficere, qualem illius, talem etiam horum esse conditionem: haec, ut illam, mente comprehendere rationem humanam non posse eaque, ad cognitionem nostram relata, esse mysteria. Quis facile deum, negabit *immensum* esse atque *omnipræsentem*, id est, eum esse ubique, nullo loco, nullo spatio circumscriptum, siue cum rebus creatis simul existat iisdemque præsens sit; siue minus, non solum operatione; sed etiam substantia sua. Satis superque ipsa ratio, ut virtutem hanc summo numini tribuamus, postular, eamque ex essentia dei, qua infinitus est, recte ac tuto colligit. Neque ablundunt scriptores, profano deorum cultui olim addicti et oraculorum diuinorum lumine destituti. Ita PLOTINVS z) saepius te-

status

- r) de his, qui sero à numine paniuntur,
tom. II. operum, p. 560.
s) question. Alneran, libr. II. §. 15.
P. 87.
t) Systemar. theol. gentil. cap. II. §. 33.
P. 123.
u) loco memorato.
- x) theol. naturali, exercit. VI. thes. I.
P. 232.
y) dogm. theolog. libr. I. cap. 5. tom. I.
P. 49. sq.
z) Enn. v. libr. 5. cap. I. 4. q. 11. 12.
Enn. vi. libr. 8. cap. 6. et 18.

status est, deum esse ubique. A Plotino verissimum hoc dogma hauſit PORPHYRIVS *a*): hauerunt et alii, quos silentio transmitto. Quid? quod idem iam agnouerat PYTHAGORAS, teste LACTANTIO *b*), deum esse, adſirmans, mentem incorpoream, qua^e, per omnem rerum naturam diffusa et intenta, vitalen ſenſum cunctis animantibus tribuat, ſpiritu per omnia, maxima, minima, equali intentione diffuſum. Eamdem de hac virtute diuina opinione fuit ZENO, ut ex DIOGENE LAERTIO *c*) patet. Proinde etiam Stoici deum, arbitrati ſunt, eſſe πνεῦμα δι ὅλης κεχωρικῆς, ſpiritu, per omnia diffuſum, id quod THEOPHILUS *d*) dicitur verbis adſirmat. Tacco de EMPEDOCLE, cui memorabilis illa deo definitio ſolet tribui, eum eſſe globum intelligentem, cuius centrum ubique ſit, circumferentia mihi quām *e*): de ARATO, hocque eius effato: μεσαι δὲ Δίος πάσας μὲν ἀγναὶ, πάσας δὲνθέπων ἀγνεῖαι. μεσὴ δὲ Θάλασσα, καὶ λιμένες *f*), de veteri illo, quod ſatis notum eſt, oraculo *g*): πάντα θεῶν πλήη, θεὸς ἐπεφάνωται, πάντα ζωγονῶν, ὄπότα πνεῖε τε καὶ ἔρπει, de egregiis porro verbis OPPIANI *h*), quibus deos τηλόθεν ἐγγὺς ἔοντα vocavit: de p̄æclaro illo EPICTETI apud ARRIANVM *i*) teſtimonio: ὅτι πάντα ἐΦορῷ τὸ θεῖον. ὅταν κλείσῃτε τὰς θύσεας, καὶ συνότος ἔνδον ποιήσητε, μέρηνθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνοι ἐστι. 3 γαρ ἐστι, αὐλὴ ὁ θεὸς ἔνδον ἐστι cert. tacco, inquam, de his pariter; atque aliorum veterum et philoſophorum et poetarum, nominatim ORPHEI apud CLEMENTEM Alexandrinum *k*), PINDARI, AESCHYLI, SOPHOCLIS, PLAVTI, VIRGILII ET LVCANI teſtimoniis, ne in re tam maniſta iuſto diuinius hærere videar. Qui plura velit, PETRVM DAN. HVETIVM *l*), CONR. RITTERSHVSIUM *m*), THOM. GATAKERVM *n*), LIB. 27. p. 314. TOB. PFANNERVM *p*), IO. CHRIST. WOLCORNEL. ADAMI *o*),

FIVM

- a)* vide PETR. DAN. HVETIVM quaſtion. Alnetan. libr. II. cap. 2. §. 7. p. 82.
- b)* de ira dei, cap. XI.
- c)* libr. VII. ſegm. 138. p. 451.
- d)* ad Autolycum, libr. II. p. 82.
- e)* vide PETRVM DAN. HVETIVM, libro memorato, p. 82.
- f)* lege CONR. RITTERSHVSIUM not. ad Oppiani halieut. libr. II. v. 8. p. 222.
- g)* conf. PHIL. MORNAEVM de veritate religionis christ. cap. XIII.
- h)* libr. II. halieut. v. 8. p. 198. edit. Plantin.
- i)* libr. I. cap. 14.
- j)* libr. V. ſtromat. p. 443.
- l)* quaſtionib⁹ Alnetanis, libr. II. cap. 2. §. 7. p. 82.
- m)* notis ad Oppianum libr. II. halieut. p. 222.
- n)* notis ad Antonin. libr. IIII. de rebus suis, §. 40. p. 125. eius operum criticor.
- o)* obſeruant. theol. philol. ad actor. XVII, 27. p. 314.
- p)* System. theol. gentil. cap. II. §. 23.

FIVM q) aliosque legat. At vero, quo modo deus immensus sit atque omnipræsens, et qualis virtutum harum sit conditio, ratio nostra humana tam est imbecillis, vt rite nequeat adsequi et intelligere. Reputa, quæso, deum esse omnipresentem et cogita simul, eum non sola operandi vi; verum etiam substantia sua atque essentia ubique esse, essentia, inquam, sua, quæ omnis termini ac finis est expers, in quam ne villa quidem extensio per eius summanam perfectionem, speciatim simplicitatem, potest cadere: adde, deum sic esse immensem, vt non in solo mundo; sed extra illum quoque ab eo omnis loci ac spatii terminus debeat remoueri: refer mentem tuam ad id, in quo deus, præcipue extra mundum, exsistit, tum maxima certe mysteria in hoc argumento deprehendes et rationis tuae infirmitatem luculenter experieris. Hæc in præcipua causa tot grauium dissensionum et litium sunt, quæ a philosophis de spatio sunt motæ. Alii, ens imaginarium esse istud, opinantur arque per id intelligunt vel modum corporis, quemadmodum cum suis adfeciis r) RENATVS CARTESIVS s), vt ex his eius verbis patet: non in re differunt spatium; sive locus interius et substantia corporea, in eo contenta; sed tantum in modo, quo a nobis concipi solent. Reuera enim extensio in longum, latum et profundum, quæ spatium constituit, eadem plane est cum illa, quæ constituit corpus. Sed in hoc differentia est, quod ipsam in corpore ut singularem consideremus et putemus, semper mutari, quoties mutatur corpus; in spatio vero unitatem tantum genericam ipsi tribuamus, adeo, vt, mutato corpore, quod spatium implet; non tamen extensio spatiī mutari censeatur; sed remanere una et eadem, quam diu manet eiusdem magnitudinis et figuræ seruatque eundem situm inter externa quedam corpora, per quæ illud spatum determinamus; vel, si id speciatim de spatio extra mundum sumatur, spatium, quod plura corpora, si qua deus produceret, posset recipere. Ab his discidunt, qui, ipsum deum hoc spatiū esse, contendunt, id quod HENRICVS MORVS t), IOANNES RAPHSONVS u) et ANDR. RUDIGERVS x) arbitrati sunt. Aliis alia de hac quæstione placent.

Res

q) cur. philol. et crit. in acta p. 1267.

r) conf. IO. CLAVBERGIVM physic. p. 2. operum philos. ANTON. LE GRAND insti. philos. p. 250. IAC. ROHALVTVM

zrace, physic. part. I. cap. 8. §. 4. p. 27.
s) principiorum philosophic., part. II.

§. 10. p. 22.

t) enchyrid. metaphysic. tom. I. operum philos. p. 169. sq.

u) conamine metaphysico de spatio, eure reali et infinito.

x) physic. diuin. libr. I. cap. 8. sect. 4.

Res utrū sit, quam velis, sententiam, dummodo ne summis diuini numinis virtutibus contraria sit, amplectaris, vbiunque scopulos, ad quos ratio, sibi relicta, illidat, et difficultates, ex quibus commode te haud expediās, luculenter videbis. Ponas, spatiū hoc, extra mundū inprimis, esse deum, multa tibi manebunt obscura et in quibus ignorantiam tuam fateri, te oportebit. Sumas e contrario in re defendendam alteram de spatio sententiam, qua istud aliquid a deo diuersum esse et in quo ipse existat, adfirmatur, facile cognoscēs, te tale quidpiam nec substantiam; neque accidens; nec medium quoddam inter virumque dicere posse).

XX

QVAE de immensitate, eadem de aeternitate merito dicere nos oportet. Deum aeternū esse, ipsa ratio credere nos iubet, idque variis modis efficit, argumentis modo ex infinita eius natura, qua nullis; nec per consequens durationis, terminis est circumscriptus: modo ex eo, quod a nulla dependeat causa: modo ex eius simplicitate, pro qua nulli obnoxii est mutationi, petitis. Quod velis, adhibeas fundamentum, nullum certe erit, quo haud tuto nitatur supremi numinis aeternitas. Hęc vero ita comparata est, vt eiusmodi durationem deo tribuere nos debeamus, siue eam virtutem, qua existentia eius sine successione temporis mentorum ac partium et sine eo, quod vel prius est; vel posterius, semper continuatur. Quis enim, modo sana ratione vtatur, quis, queso, quem dependentiam in deo negauerit, eidem facile successionem tribuere, sibi sumer, successionem dico, quam sine dependentia nullo fere pacto cogitare licet. Consentunt hac in re philolophi veteres, a vero dei cultu alieni. Ita communis est ionica et italica secre opinio, deum esse aeternum omnisque principiū et finis expertem. Sic THALES: sic ANAXAGORAS: sic SOCRATES et PLATO cum toto discipulorum suorum grege ratiocinati sunt. Idem Pythagoram, Timaeum, Parmenidem Melissum: idem alios differentiis verbis uno quasi ore professos esse, legimus. Sufficiat, ex tot praelaris philosophorum testimoniosis nonnulla, eaque præcipua, hoc loco in medium proferre. PLATO z) omnem successionem

a deo

z) adde PETRVM GASSENDVM physici. uidentia diuina p. 294. IOAN. PAVL.
ficer. I. libr. 2. cap. 2. sq. tom. I. operum HEBENSTREITIVM theolog. natural. p.
p. 185. DIONYS. PETAVIVM theologic. 423. sq.
dogmar. libr. IIII. cap. 10. p. 162. SAM.
PARKERV M disputationibus deo et pro-

z) in Timaeo, p. 529.

E

a deo remoueret, cumque aeternum esse, adfirmat; tum vero sic pergit: τὸ δὲ ἀεὶ, κατὰ ταῦτα ἔχον εἰκόνας, ὃδε πρεσβύτερον, ὃδὲ νεώτερον προσήνεται γίνεσθαι ποτὲ, ὃδὲ γεγονέναι νῦν, ὃδὲ ἐνσάνθις ἔσεσθαι, quod autem semper eodem modo et immutabiliter se habet, id neque vetustius; neque recentius hactenus fuisse; neque etiamnum exflare; neque aliquando futurum esse conuenit. Hæc deo adfirmari debere, conceptis apertisque verbis significat. Idem pronuntiavit PROCLVS a) deumque semper esse, dixit et πάρρη τῆς κατὰ χερόνων μεταβολῆς, procul a temporis vicissitudine. PARMENIDES apud AMMONIVM b), ὃδὲν ἐστι, inquit, παρὰ τοῖς θεοῖς, ὅτε παρελλαγόθω, ὅτε μέλλων, apud deos nihil est, nec preteritum; nec futurum, et apud CLEMENTEM Alexandrinum c):

πολλὰ μᾶλλον ὡς ἀγένητον ἔον, καὶ αὐτόλεθρον ἐστιν, οὐδὲν μενογενές τε, καὶ ἀτρεμές ηδὸν ἀγένητον, εἴτε et ingenitus; nec in illum mors cadit villa, vni gena est totusque et semper firmus et ortus expers.

Conspirat PLOTINVS d), aeternitatem confidere, docens, in unitate et resipere prius; aut posterius: aliud atque aliud: interuum aliquid, evolucionem et extensionem. Memoratu quoque dignum est apud CICERONEM e) effatum VELLEII, qui adeo certam et exploratam aeternitatem dei esse, credidit, ut, qua nobis natura informationem deorum ipsorum dederit, eamdem insculpsisse in mentibus, ut eos aeternos haberemus, scribere haud vereretur. Addo duo alia haud minus præclara testimonia, alterum PLUTARCHI f): αἷς ἐστιν ὁ Θεός, καὶ Φάνα, καὶ ἐστι, κατὰ φύσει χερόν, αἷλλα κατὰ τὸν διάντα τὸν αἰνίηντον καὶ ἀχεινον, καὶ αἰνεγκλητον, καὶ ἡ προσέρευν ἐστιν ἐστιν, ὃδὲ οὔτερον. αἷλλα ἐστιν ὡν ἐνι, τῷ νῦν τῷ αἱ πεπληρωκε, καὶ μένον ἐστι το κατὰ τέτον τοντος ὄντος, ὃ γεγονός ὃδὲ ἐστίμενον, ὃδὲ ἀξέπαμενον, ὃδὲ παντόμενον. Στοιχίον το δει σεβομενος στοιχίον καὶ προσεθίζειν Δία, deus autem, si ita dicendum sit: est, et est nulla ratione temporis; sed aeternitatis immobilis, tempore et inclinatione carentis, in qua nihil prius est, nihil posterius, nihil futurum, nihil preteritum, nihil antiquius, nihil recentius; sed una quum sit, unico nunc.

a) libr. II. commentar. ad Timaeum Platonis, p. 71.

b) libr. de interpret.

c) libr. V. Stromat. p. 439.

d) Enn. III. libr. 7. cap. 5.

e) libr. I. de natura deorum, cap. 17.

f) de τῷ Εἱ apud Delphos, tom. II., operum p. 393.

nunc sempiternam implet durationem, et huius ratione, quod esse dicitur, vere est, non futurum, non praeteritum; neque ortum; neque defutrum. Sic itaque deus nobis est venerationis studio salutandus atque compellandus; alterum APVLEII g): cunctis ita se habentibus nihil stabile; nihil fixum; nihil immobile, nec nascientium; nec celestium; nec terrenorum. Solus enim deus et merito solus ipse in se, et a se et circum se totus est plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est; nec alicuius impulsu; nec loco moueri potest. Itaque Sociniani atque Arminiani grauiter errant, dum ad dei aeternitatem successionem adjungunt, ipsique aeternitatem, vt vocatur, successuum tribuunt b), cui falsae opinioni etiam, praeter illos, alii i) ad-

g) Herm. Trismegist. p. 95. operum, ed. ELMENHORSTII. Addic infigne testifimonium CHALCIDII comm. in Timaeum Plavonis §. XXV. p. 285. coll. §. CLXXXVIII. p. 290. Christianorum doctorum ea de re effata habes, praeter alios, apud DIONYSIUM PETAVIUM dogmar. theol. tom. I. libr. 3. de deo, cap. 4. p. 138.

h) ad Socinianos quod adtinet, legas de iis velim, qua contra eorum de dici aeternitate successiva falsum sententiam disputauit IO. ADAM. SCHERZERYS collegio antisocini. disp. v. tib. 4. p. 47. sq. Arminiani eiusdem erroris se reos fecerunt; alius tamen durius; mitius alius de hoc dogmate sententibus. Sunt, qui successionem temporisque differentiam non abhorre ab aeternitate natura, statuant, modo differimen, quod inter ens perfectissimum et entia imperfecta sit, haud negligatur. Conf. SIMON EPISCOPIVS institut. theolog. libr. IIII. sect. 2. cap. 9. tom. I. operum, p. 287. STEPHANVS CVCCELLAEVS institut. relig. christian. libr. II. cap. 3. p. 47. operum. IO. CLERICVS ontolog. cap. V. p. 352. et biblioth. select. tom. V. p. 56. sq. Alii nihil definit; nec quidquam, tacente scriptura sacra, definiri in hac difficultate posse, volunt, satis esse, si deum, credamus, esse aeternum eiusque aeterni-

tatem neque initium habere; neque finem. Hac est sententia PHIL. LIMBORCHI theolog. chrisitian. libr. II. cap. 5. §. IO. p. 59. immo quodammodo ipsum EPISCOPII, grauissimi licet aeternitatis in deo successum defensoris. Libri enim memorati cap. XIII. p. 298. licet mibi, inquit, facilius turisque eff id, quod diximus, videatur; turpissimum tamen omnium est, aeternitatem credere et modum aeternitatis deo relinquere et tempori, salua differentiunt pace et concordia. Ab his discedunt, qui ipsam quidem durationem diuinam sine successione fieri satentur; simul tamen supremo numini, quoad rerum, extra ipsum positarum, ratio habeatur, successionem quodammodo adscribendam esse, existimant, ita, vt, si tempus praeteritum, praesens, futurum ei tribuatur, ipsa hac temporum diversitas, ad res potissimum, cum quibus simili exsistit, recipiat. Lege CATENBVRGHIUM spicileg. theol. chrisitian. Limborch. libr. II. cap. 4. p. 91. Qui plura de hac controversia velit, aedat virum perill. IO. LAVR. MOSHEMIVM not. ad Cadworth. System. intellectual. cap. V. sect. I. §. 25. p. 780. sq. et IO. FRANC. BVDEDEV M. institut. theol. dogmat. libr. II. cap. I. §. 42. p. 339. sq.

i) Praeter memoratos, huius sententiæ

addictos se professi sunt. Quidquid rei huius sit, ut eternitatem dei in mysteriorum philosophorum numero ponamus, multæ sunt, quæ mouent, rationes. Vt enim generatim eius notio ita comparata est, ut ista non tam affirmare; quam negare in deo aliquid videamur, ac, quum deum *eternum* dicamus, nullis eum temporis limitibus circumscriptum esse atque omni initio ac fine carere, per id declarare volumus; ita speciem modum, quo numen hoc eternum durat: quo existentia eius continuantur et rationem, qua haec duratio sine successione fiat, nullo pacto rite perspicere et comprehendere; aut luculentam ac distinctam de ea re norionem formare possumus. De reliquis dei attributis eiusdemque operibus, speciatim miraculis, consulto taceo, quia animus mihi est, non nulla tantum mysteriorum philosophorum exempla commemorare.

XXI

ALIA philosophica mysteria exhibent nobis *res*, a deo *condita*, atque in his cum *spiritus*; tum *corpora*. Dari substantias spirituales, a deo productas, satis superque animæ humanæ declarant. Notio vero, quam de harum propria natura habemus, nec perspicua est; nec satis distincta et adequata. Dicas, illas esse entia simplicia ac materiæ experientia: intellectu prædicta ac voluntate, non aduersabor; hoc tamen, re curatius expensa, scio, fateberis, conceptum eius, quod simplex dicitur atque immateriale, non affirmantis esse; sed negantis. Possident substantias spirituales facultatem agendi; si tamen istarum operationes expendimus, sive sint internæ, cogitationes nimirum et cupiditates; sive externæ, modum earum haud adsequi licet, hocque nomine in mysteriis philosophicis debent numerari. Præter animas humanas, alios dari spiritus, cum nullo corpore coniunctos, *angelos* quippe, eosque vel *bones*; vel *malos*, scripture sacræ testimonio exploratum habemus; lumen vero naturæ ac naturalis cognoscendi vis nos de eorum existentia non admodum certos potest reddere. Id perspicit intellectus noster, non pertinere eiusmodi substantias, ab omni materia remotas; neque cum corpore coniunctas, ad numerum τῶν ἀδυνάτων. Immo, si admittamus, quæ de spectris, obsessionibus et magia memoriae mandata legimus,

ex

ille patroni fuerunt: PETR. GASSENDVS libr. 1. physic. cap. 3. tom. 1. operum, p. 17. IO. TILLOTSONVS vol. VII. serm. 13. et vol. VI. serm. 6. SAM. CLARKIVS demonstration de l'existence de Dieu, cap. vi. p. 65. aliquie,

ex operationibus his; quatenus ita comparatae sunt; ut neque deo; neque anima humana; neque corpori tribui queant, ex his, inquam, operationibus ratio nostra summi gradus probabilitatem efficit, esse spiritus, qui sine corporibus existant, eosque malos. Principium, quo rationem hoc nititur, non plane est reiciendum. Perimus istud ex testimonio de modo dictis illis operationibus, quae, et si singula vera esse, nemo facile hodie tuto adfirmauerit; hoc tamen simul quilibet fatebitur, esse temerarium, si quis omnia negare, hoc est, fidem historicam plane tollere, sibi fumeret. Testimonium certe tot hominum: tanto temporis spacio: tanto locorum intervallo a se inuicem disiunctorum: hominum, qui nullo modo omnes decipi; multo minus, ut alios deciperent, consentire potuerunt: hominum, in quorum multos ne villa quidem neque fraudis; neque nimia credulitatis cadit suspicio, tale, inquam, testimonium rem, licet non certissimam; verosimillimum tamen efficit, immo quam proxime ad demonstrationem accedit. Quae nonnulli contra has operationes in medium adserunt, dudum ab aliis eruditis viris explosa sunt et profligata. In illorum numero, praeter alios, fuit **BALTHAS.** **BEKKERV**, quem, scimus, omnia maligni daemonis in his terris opera plane negasse. Vti vero is ad propugnandam erroneam suam sententiam falso vtitur principio, essentiam spiritus in cogitatione sitam collocatamque esse, purans, et per id spiritus neque in corpora; neque in aliis spiritus agere posse, demonstrare nititur; ita ipsa haec opinio aperte scripturae sacrae luculentis testimonio repugnat, quidquid etiam, ad ista, cum sua sententia concilianda, de metaphorica eorum interpretatione dicat **BEKKERV**. Non potuerunt igitur non esse, qui grauerter se peruerso huic Bekkeri omniumque eorum, quorum vestigia is sequurus est 1), dogmati fese
oppo-

k) mundo fascinato, libr. II. cap. 6. §. I.

1) in horum numero sunt: **REGINALDVS SCOTVS**, cuius *detectio artis magice* anglice c. 1510 C. LXV. prodit: **ORCHARDVS** tractatu de doctrina diabolorum, itidem anglice scripto et anno 1510 C. LXXVI. iuri publici facto: **IOANNES WAGTAFFIVS**, cuius de codem arguimento libellum anglicanum **CHRISTIANVS WEISBACHIVS** germanice verit, in lucem emissum an. 1510 CC. XII.

atque inscriptum: *ausgeführte materie von der hexerey, oder die meynung dererigen so da glauben, daß es hexen gabe, deutlich widerlegt*: 10. **WEBSTERVS**, qui itidem singulari libro ea de re commentatus est. Hunc anglice exaratum in patriam linguam transferendum curauit: eidem prefationem præmisit atque sic inscriptum: *unter suchung der vermeinten und so genannten hexereyen, 1510 CC. XVIII.* edidit **THOMAS MASIVS**. His in primis **DAILLONIVS** adnu-

opponerent, quos si in præsenti vellem recensere, ob multitudinem eorum nimis longum foret. Factum id iam est a ZACH. GRAPIO *m*), HENR. LVDOLPHO BENTHEMIO *n*), FRID. ERNESTO KETTNERO *o*), GVL. HENRIC. BECKHERO *p*), venerand. PATRE *q*) aliisque. Neque defuerunt, qui, spiritus dari, aperte negarent, eam ob cauflam, quoniā sibi falso perfluerant, præter materia præditas, nullas existere alias substantias. In hac præue sentientium classe, ut de aliis taceam, THOMAS HOBBESIVS fuit. Vti enim diserte, substantias incorporeas esse nullas, statuit *r*); ita corpus et substantiam unum idemque significare, studiose inculcat, vocesque compositas: *substantia incorporea esse aliquid insignificans, æque*; ac si quis *corpus incorporum* diceret, luculententer adfirmat *s*). In eudem censum BENEDICTVM DE SPINOZA cadere, neminem, credo, posse ignorare. Hic enim quum errore modo principiis: modo falsis ratioinis vñus, vaicam tantum esse substantiam, efficere conaretur, aperte simul, quum spiritus et corpus essentia sua differunt, eo delapsus est, vt omnem spiritum negareret deumque et mundum unum idemque; sive mundum nihil aliud; quam deum expansum, esse, statueret *t*). De iis, qui spiritus materiales statuunt, ac, nonnullis

adnumerandus est, ex cuius libro: *examen de l'oppression des réformes en France, ou l'on justifie l'innocence de leur religion*, Londini 1700 GLXXXVII. 12. litterarum formis descripto, ipse BEKKERVS, se nonnunquam haufiss, haud obfusca prodit ac subinde ad eum prouocat liber.

II. cap. 9. p. 52. Adde NATH. FALCKIVM *dæmonolog.* recent. auctor. *falsa*, *diff. III. et IIII.* et IO. FRANC. BYDDEVUM *ifagog. ad theolog. universam* libr. *I. cap. 4. p. 253.*

m) theolog. recens controuers. continuat. cap. III. quaest. 9. p. 80.

n) in dem holländischen kirchen- und schulenstaat, part. II. p. 739. sq.

o) diff. de duobus impostoribus, Spinoza et Bekkerio, Lipsiae, 1700 GLXXXVIII. edita, cap. II. §. 2.

p) Schediajuncta de controuersis praecipuis, BALTHASARI BEKKERO quondam motus, §. XVI. sq. p. 23.

q) in der einleitung in die religionsstreitigkeiten außer der euangelisch-lutherischen kirche, tom. III. p. 945. sq.

r) Leniarban. cap. IIII.

s) ibidem, cap. XXXIII.

*z) conf. IO. FRANC. BYDDEVUM elem. philos. theorer. cap. V. p. 383. sq. et thes. theolog. de arbejismo cap. I. §. 26. p. 168. CHRIST. KORTHOLTVM de tribus impostoribus magnis, sect. III. §. 7. p. 30. sq. Reliqui contra Spinozam eiusque impia dogmata scriptores enarrantur a COLEORO vit. Spinoza, p. 132. IENICHENIO bist. Spinozini Leenbofian. p. 58. sq. STOLZ 110 in der anleitung zur bistor. der gelaburheit p. 497. FABRICIO *lillabo scripte, de veritate religion. chris.* p. 357. et vener. PATRE in der einleitung in die religionsstreitigkeiten außer der euangelisch-lutherischen kirche vom. V. p. 168.*

nullorum veterum philosophorum, pythagoraeorum maxime et platoniorum, sententiam amplectentes, nihil obstat, arbitrantur, quo minus materia cogitare possit, consultus taceo et ad alia me conuento.

XXII

si eas operationes, quæ non sine probabilitate pessimo genio tribui solent, veras esse, ponimus, etiam illas luculentæ naturæ mysteriorum exempla et testimonia præbere, nemo facile poterit negare. Sunt istæ ea conditione, ut sine corporum motu haud siant, ex quo malos dæmonias in illa agere, rite conficitur. Quid vero, si nunc, quali modo spiritus hi *ἀνέστος* in corpora agant, queratur? Nonne horum effectuum, si tales existunt, ratio mortalium intelligentiam fugit, et supra nostram cognoscendi facultatem est posita? Res clarius parebit, si quædam eius generis *Φανόψευτα* et nonnulla operum horum insolitorum, quæ contigisse, narrantur, genera speciatim contemplari velimus. Referuntur ad hunc numerum *spectra*. Quid illa sint, et cuius naturæ, de eo non vna est eruditorum virorum sententia. Sunt, qui ea animas mortuorum esse credunt, quæ olim platonicorum, ut *PORPHYRIVS*, *ATHENAEVS*, *MAXIMVS TYRIUS*, *EVNAPIVS*, testantur, itemque iudaicorum doctorum^{u)} nonnullorumque recentioris ætatis christianorum scriptorum, nominatim *MART. ANTONII DEL RIONIS*^{x)}, *CASP. SCHOTTI*^{y)} aliorumque opinio fuit. Ab his discedunt, qui hominis tres partes esse arbitrantur, eidemque cum corpus et animam; tum et spiritum, tamquam singularem *ὑποσάγη*, ab anima diuersam, adsignare sibi que persuadere solent, spiritu illo, post dissolutum eius cum anima et corpore vinculum, formari spectra aliaque id genus *Φαντοματα*. Qua de re multa dici possent, si per temporis breuitatem de *THEOPHRASTI PARACELSI*, *IACOBI BÖHMII*, *ROBERTII FLVDDII*, *SEBASTIANI WIRDIGIT*, *IO. SOPHRONII KOZACKII* placitis fusius differere; aut veterum philosophorum de mente et anima humana, tamquam diuersis in homine principiis, dogmata, quibus et recentiorum nonnulli adserunt præbuerunt, atque ex his spectrorum rationem ostendere adgressi sunt^{z)}, examinare licet. In alia omnia abeunt, qui spectra ex cadauerum

^{u)} conf. *R. MENASSE BEN ISRAEL de resurrectione mortuorum*, libr. II. cap. 6.
^{x)} *disquisit. magiciæ*, libr. II. quest. 26.

^{y)} *physic. curios.* libr. II. cap. 19.
^{z)} *co*; prater alios, pertinet *ANDR. RUDIGERVS physica divina*, libr. II. cap. 4. sect. 6. §. 99.

uerum humanorum vaporibus componunt, ut HIERONYMVS CARDANVS ^{a)}, IVL. CAESAR. VANINVS ^{b)}, IACOEVVS GAFFARELLVS ^{c)}, et quodammodo DAVID VAN DER BECKE ^{d)} fecerunt; aut, qui ea ex humidis aëreisque animæ corpusculis effingunt, quam opinionem veterum nonnullos iam defendit, constat. Taceo de iis, qui in hac causa elementorum spiritus sibi singunt, hosque spectra esse, opinantur.
Neque communem illam, eamque tuitorem sententiam, qua pessimo genio operationes iste, si quæ vere congerunt, tributæ sunt, fuse commémorare; aut probare, in præsenti animus est. Quæ breuiter a me disputata sunt, fatis ostendunt, quam multa in hoc argumento, siue ad hanc; siue ad illam partem discedamus, nobis sint inexplicabilia. Pone, dari spectra: pone porro, vt de vulgari solummodo ac pluribus commendata sententia dicam, pone, inquam, malignum dæmonem esse illorum caussam, vnde quaso, agendi modum monstrabis, quo is, quem eius modi Φαντασμα oculis nostris obiiciat, vtatur? Non ignoro, plurimos, eiusmodi corpora a pessimo genio ex aere formari, statuere: corpora nimirum, quæ speciem aliquam præ se habeant, et quæ homines vel per visum; vel per auditum; vel per tactum possint sentire. Nolo etiam iis, qui sic arbitrantur, refragari. Hoc tamen simul quilibet, modo a partium studio sit alienus, vltro largierit, si, quomodo diabolus ex aere corpus adificare idque sibi adiungere ac mouere possit, queratur, ignorantiam; aut, quod verius dixerim, mentis imbecillitatem, mortales confiteri etiam hac in re debere; neque arctos illos, quos sumimus rerum moderator nostræ cognoscendi facultati posuit, limites negare posse. Idem iudicium ferendum est de obfessionibus corporalibus, quæ cur mali dæmonis operationibus adnumerentur, neque inter singulares corporum morbos referantur, caussæ adsunt probabiles; nec prorsus contemnenda. Modus, quo obfessiones ha fiant, occultus et a nostra intelligendi potestate remotus est. Fatebitur id quisque veritatis studiosus, qui exempla obfessorum, in sacris tabulis memoria prodiit, paullo attentius expendere velit, in primis eius, ex quo Christus legionem, exercitum dæmonum, eiecit, Marc. v. 8. 9. quomodocunque etiam vocem legionis, siue stricte et more, ea ætate vñstato;

siue

^{a)} de subtilitate, libr. XVIII.

^{b)} dialog. de admirandis naturæ reginæ natural. principijs, p. 242. Adde ven.

de que mortuum arcanis, dialog. 51. p. 370.

^{c)} curiosit. inaudit. cap. v. §. 20.

^{d)} experimentis et meditat. circa rerum

PARENTIS lexicon philosoph. voc. gespenst,

p. 1300.

sive de magno; neque definito dæmonum numero interpretari velimus. De magia aliisque eius generis operationibus, quod breuitati studio et ne iusto longior sim, taceo.

XXIII.

QVAE de bonis forte angelis dici possent ac commemorari, in praesenti missa facio, eam potissimum ob caussam, quoniam, eos existere, sacrarum quidem literarum testimonia confirmant; luminis autem naturalis ope eorum existentiam cognoscere, difficile est, sive, ut philosophi aiunt, *a priori*; sive *a posteriori* demonstrandi viam ingrediari. Neutra certe probandi ratio optime tibi procedet, neque illa, quum nulla caussa pateat, cur inter res, a deo conditas, necessario boni angelii esse debeant; neque haec, quoniam bonorum horum angelorum operations in humanos sensus minime cadunt. Quodsi ex existentia malorum dæmonum, et bonos dari, efficiere velles, atque ex eo, quod deus non potuerit non omnes sine vlo virtutem; aut labe aliqua producere, colligere, partem forsitan, non omnes a deo descivisse: alios virtutes suas et gloriam, a deo acceptam, amisisse; alios conseruasse, facili certe negotio videbis, ne ad probabilitatem quidem rem perduci, tuamque conclusionem nihil aliud; nisi quod fieri potuerit, continere. Sed est, quod, ad speciem certe, dicas opponas. Quid, inquies, si in veterum antiquorum philosophorum, a vero dei cultu alienorum, libris mentionem dæmonum et quidem bonorum, factam esse, legamus: si ab illis fine scriptura sacra lumine horum existentiam videamus agnitam ac defensam esse? Anne ex eiusmodi testimonii efficeri aliquid licet, unde, ratione non penitus viam ad hanc de angelis cognitionem occlusam esse, pateat. Non nego, plurimos fere veterum philosophos dæmonas statuisse e), et, quamvis huic vocabulo diuersa olim tributa fuerint significaciones f); haud paucos tamen illorum de dæmonibus sic loquutos esse,

e) legantur in primis PETR. DANIEL. HUETIVS questionibus Aluetanis libr. II. cap. 4. p. 99. IUST. GOTTH. RADNERVS differ. de dæmonibus, Lipsiae 1596. aliquae. Diuersas antiquorum philosophorum de dæmonibus eorumque natura sententias, quamque suo loco, recensuit cel. BRUCKERVS histot. crit. philosoph. Aegyptiorum speciatim et chaldaeorum veterum de hoc argumento doctrinam ex

IAMBЛИЧИ de mysteriis libro cognosces. Neque legisse penitus habet IO. ALBERT. FABRICIVM bibliograph. antiquar. cap. VIII. §. 26. p. 275. item HVGONEM GROTIUM adnotar. ad Matth. I. 20. et AVGVSTIN. STEVCHVM EVGVBINVM de perenni philosoph. libr. VIII.

f) conf. VEN. PATER in dem philosophischen lexico voc. dæmones, p. 473.

esse, ut substantias eos haberent spirituales, summo deo inferiores; hominibus vero praestantiores. Neque infitior, eo quoque veterum de bonis geniis doctrinam posse quodammodo referri. Hoc tamen nullo fere pacto, ut credam, a me impetrabo, omnia, quæcumque a cœtu, verorum sacerorum experte, de illius generis dogmatibus tradita et credita fuerint, ea omnia solo naturæ lumine et rationis ope agnita fuisse. In eorum placitis haud pauca sunt, in quibus vestigia reperire licet; neque obscure, a iudeis, quibus oracula sua supremum numen crediderat, varia ad reliquas gentes delata esse, potest monstrari.

XXIII.

AT longe plura de *anima humana* possent commemorari; nisi ipse me continerem, verens, ne molem suam commentatio hæc excederet. Satis est exploratum, existere animam humanam eamque esse substantiam, que sua essentia a corpore differat, quoniam tales virtutes et facultates, quales experimur in anima esse, neutiquam in corpus; siue substantiam mere passiuam, possunt cadere. Fuerunt quidem, qui animam nostram ad ea, quæ corpori nostro accidentunt; siue, ut cum philosophis loquar, ad eius *accidentia* referrent animamque, negarent substantiam esse, cuius essentia a corpore sit distincta. Qui hanc fouent sententiam, vii satis notum, *materialistæ* vocantur, in quibus, præter antiquiores, fuerunt BENEDICTVS SPINOZA et THOM. HOBSE-SIVS, supra a me iam commemorati: itemque GVIL. COWARDVS g), IO. TOLANDVS b) aliique i). At vero, vii sententia hæc naturæ operatio-

g) cogitationibus posterioribus de anima
Scriptores, qui COWARDVM refutarunt,
comminorarunt AVCTORES act. erudit.
Lipſ. an. CIODCVII. p. 352. IO. ALB.
FABRICIVS syllabo scriptorum de veritate relig. christiane, p. 439. et vir summe
vener. CHRIST. MATTH. PFAFFIVS
introd. in histoyr. theolog. literariorum part.
II. p. 269.

b) epistolis ad Serenam, anglice, an.
CIOCCCLIIII. editis. Conf. vii per illu-
stris IO. LAVR. MOSHEMII vitam To-
landi, additam eius vindictis antiqua bri-
tianorum disciplina, p. 140.

i) eo merito referuntur AVCTORES
libelli, inscripti: zweyer freunden ver-
trauter briefwechsel vom wesen der seelen,
CIOCCCLIII. et CIOCCCLXIII. editi
ac tres epistolas complectentis, quarum
prima animam nil; nisi accidens corporis
esse, adfirmat: secunda hanc sententiam
refutat: terria defendit ac pro ea pugnat.
Multi et in his, IO. FRANC. BYD-
DEVS, GOTTFR. POLYCARP. MULLE-
RVS, IO. HERM. AB ELSWICH, IO.
HENR. BOCRISIVS, peruersam hanc do-
ctrinam refutarunt, commemorati a ven.
PATRE in dem philosophischen lexico, voc.
sele

rationum animæ atque corporis essentiæ plane repugnat; ita omnem humanum tollit libertatem nititurque principis nondum satis probatis et expeditis, ne de falsis dicamus, quæ ex illa, velut ex fonte, fluunt et derivantur. Scimus porro, animam nostram diuersis facultatibus instrucentem esse, eam operari diuersosque producere effectus. Quæ licet cognita nobis vsuque atque experientia satis confirmata sint; permulta tamen ea in re nobis sunt occulta et ita comparata, ut veram operationum animæ indolem perfecte perspicere earumque rationem rite et ut merito deberet, monstrare nequeamus. Quis est, qui dicat nobis modum,

F 2

quem

ſeſle, p. 2265. De auctoribus trium epiftolarum videndum eft GOTTL. STOILIUS in der historie der gelahrbeit, part. II, cap. 3. §. 42. p. 504. vna cum iis, quæ in den ſummarscheu nachrichten von ausserleſen in der Thomafſchen bibliothec vorhandenen büchern, tom. II. p. 276. ea de re habentur. Merito quoque in hac tam inepce de anima nostra ſententium claſſe locum occupat IVLIVS OFFREY DE LA METTRIE, cuius bina opuscula, alterum *l'homme machine* inſcriptum; alterum *l'homme plante*, auctoris apudum luculenter produnt. Non defuerunt, qui et contra noquum hunc errore de anima ſententia defenſorem pugnarent, in quibus auctor epiftole, qua primum germanice, deinde gallice, ſic inſcripta: *lettre d'un anonyme, pour ſervir de critique, ou de refutation au livre intitulé l'homme machine*, prodiit: BALTH. LUDOV. TRALLESIUS comment. de machine et anima humana, proſrus a ſe inueniēti diſtinctis, Cratilau. c. 10 CXXXVIII. ADAM. GUIL. FRANTZIUS in der widerlegung der franzöſiſchen ſcriſt, *l'homme machine*, Lipſie, anno eod. AVCTOR diuropes commentarioli: *l'homme plus, que machine*, Londin. c. 10 C XXXVIII. prater alios, numerandi ſunt. Et quoque pertinet epiftre, a Mlle A. C. P. ou la machine terraffée, c. 10 C XXXVIII. In hac epiftola ea refellun-

tur, qua ſupra dictus DE LA METTRIE in ſua contra auctorem libelli modo excitati: *lettre d'un anonyme* et, defenſione, epiftre a mon esprit, ou l'anonyme perſifflé inſcripta, in medium attulerat. Epiftolam hanc poſtea excepti: *reponſe à l'auteur de la machine terraffée*, c. 10 CXXXVIII. Präter bi na illa de *bonne machine et plante ou pſcula* eider auctori etiam tribuitur: *hiſtoire naturelle de l'ame, traduit de l'anglois de M. Charp, par feu M. H. que Hag. Comit*, c. 10 CXXXV. et Oxon, c. 10 CXXXVII. deinde in libro: *oeures philoſophiques*, Londin. c. 10 C LI. omnes huius ſcriptoris de anima commenſatriciis iunctim exhibente, prodiit. De aliis generis huius libris, qui noſtra potissimum arate prodierunt, ne nimis me diffundam, taceo. Digni præterea ſunt, qui de iis legantur: A. G. MASCHIUS in dem verzeichniſ der erheblichſten freigeiſteriſchen ſchriften; ſue appendice, qua addita eſt eiusdem libro, inſcripto: *abbandlung von der religioun der heyden und obriſen*, et 10. LE LANDVS in dem abriſe der vornehmſten deiftiſchen ſchriften, qui libellus pri- mum anglice: deinde germanice ab HENR. GOTTL. SCHMIDIO verſus, Hannouera c. 10 C CLV, in lucem pu- blicam datus eſt.

quem anima nostra ad aliquid efficiendum adhibet: quo sint eius facultates: modum, quo sentiat atque agat: quo eius ideæ oriuntur: quo tam subito multos rerum conceptus coniungat: quo præteritorum recordetur: quo speciatim in imaginatione vim suam exerceat: quo intellectus voluntatem moueat, et quæ aliae sunt istiusmodi generis difficultissimæ quæstiones.

XXV.

DE origine animæ humanae multum philosophi disceptarunt, quorum ea de re cogitata commode ad tres classes redigi ac reuocari possunt. Sunt, qui animarum statuunt *præexistētiā*, illasque omnes a deo ante earum corpora conditas esse, opinantur, quæ sententia multis fautoribus cum antiquo ævo apud ebraeos k), ægyptios l), chaldaeos m), græcos n) et christianos priorum seculorum doctores o); tum et recentiore ætate p) sibi conciliauit, licet ii), qui pro dogmate hoc pugnant, variis modis inter se dissentiant. Ab his discedunt, qui a deo animas rum, quum homo nascatur, *ἀπέστως* produci, sibi persuadent, cui opinioni haud pauci antiquiorum et nostri temporis philosophorum adfensum suum præbuerunt q). In alia omnia abeunt, qui animarum originem

ex

k) vide PAVLLVM SLEVOGTIVM disputatione, acad. p. 500. et 10. FRANCISC. BVDDEVVM introduct. ad hystor. philos. ebraeorum, §. 45. p. 431.

l) legi IAMBlichVM de mysteriis ægyptior. sect. IIII. cap. 5.

m) conf. THOM. STANLEIVS hystor. philos. orient. libr. I. cap. 10.

n) hoc imprimis de PYTHAGORA et PLATONE constat, de quibus cel. IAC. BRVCKERVS hystor. crit. philosopb. rom. I. p. 712, et 1091. videatur.

o) in quibus, præter PRISCILLIA-NVM, ORIGENES principem obtinet locum. Adcas PETRVM DAN. HÆTIVM origenian. libr. II. cap. 2. quæst. 6. §. 4. p. 92. 93.

p) eo merito referuntur: HENR.: MORYS, CHRISTOPH. SANDIVS, EDMUNDVS DICKINSONVS aliique. Leg. 10. ALB. FABRICIVM delectu argu-

mentorum et syllabo scriptorum, qui veritatem religiosis christiani assertuerunt, cap. XVIII. p. 445. et venerandum PATREM lexic. philosopb. voc. *Seelenursprung*, p. 2143.

q) ex ordinis sacri patribus nonnulli haud obscuræ sententiæ huic fauere se declararunt, ut HILARIUS, HIERONYMVS, CYRILLVS Alexandrinus, THEODORETVS aliique. Leg. IACOB. THOMASIVM de orig. animæ, sect. III. §. 25. imprimis ROE. BELLARMINVM de amiss. grar. libr. IIII. p. 389. quamquam hunc multis christianis doctoribus dogma istud immrito, tribuere, non negari potest. Quare medio ævo vniuersitate scholastico-crum turba, postea alii præfulsi sacrorum romani ad ecclæ, frenue hanc de animæ origine opinionem defendendam suscepserint, de eo vide venerandum PATREM loco memorato, p. 2342. vbi

ex parentum animabus fieri arbitrantur, quorum alii liberorum animas, quoad solummodo potentiam respicimus, in parentum animabus quærendas esse; alii easdem in parentibus tanquam entia, ut vocantur, *realia inueniri, existimant r).* Hæc, quam tertio loco posuimus, sententia se non solum aliquot magni nominis philosophis; sed etiam plerisque theologis eam potissimum ob causam commendauit, quoniam, si ea admittitur, dogma de peccato, quod *origine dicitur*, facilius explicari et questio de huius propagatione commodius expediti ac, prater hæc, ratio quodammodo monstrari potest, cur in oraculis diuinis *nos in iniquitate geniti et in peccato a matribus concepti dicamur*, psalm. l, 7. quare, *quod ex carne natum sit, id carnem esse, pronuntietur, Ioann. 11, 6.* quare porro in aliis effatis *nos natura filios ire esse, ephes. 11, 3.* et per unum hominem peccatum in mundum intrasse, rom. v, 12. numen supremum confirmet. Addunt sententia huius defensores, eam non tantum, quantis aliæ, difficultatibus obnoxiam esse. Nolo ego quidem his, qui sic statuant, refragari. Largiar, eorum de propagatione animæ opinionem sic esse comparatam, ut ad maiorem ea, quam ceterorum, perduci possit probabilitatis gradum. Quis vero est, his omnibus admissis, quis est, inquam, qui propagationis huius modum rite adsequatur et capiat, nisi multa antea dari concedique sibi velit, de quibus, verane; an falsa sint, magna adhuc quæstio est? Quis intelligit, qui ratione anima altera alteram veluti gignat atque, ut hæc existat, efficiat. Quæ omnia nobis sine præiudicata opinione curatius expendentibus summa videtur necessitas imposita esse, ignorantiam nostram ingenue confundendi atque in hac quæstione mysterium philosophicum agnoscendi.

XXVI.

NEQUE vero non commode hoc argumentum de anima humana cum corpore uione debet referri. Hanc ex confessione mutuorum animæ ac cor-

F 3

poris

vbi et alii recensentur, qui ad easdem partes discesserunt, animasque a deo quum earum qualibet corpori adstringatur, produci, existimarent.

r) taceo de iis, qui ab his partibus cum olim; tum nostro ævo steterunt. Qui plura desiderat, is legat velim præter ven. PARENTIS lexicon philosophicum p. 2345. sq. 10. ALB. FABRICIVM de-

lectu argumentorum et collabo scriptorum, qui veritatem religiosis christianis afferuerunt cap. XVIII. p. 443. virum summe venerab. CHRIST. MATH. PFAFFIVM introd. in bift. theol. literar. part. I. p. 32. 10. FRANC. DVDEVM institut. theol. dogmat. libr. II. cap. 2. p. 494. et GOTTHARDVM GUNTHERVM schediam. de anima, qua ortum concernit, Lipsiae, 1610 CCXX. aliasque plures.

poris motum tuto ac certo efficimus; ipsam autem hanc harmoniam sensio[n]is propriæ testimonio; sive experientia exploraram habemus. Qualis sit huius vnionis ratio: quomodo comparatus sit ille motum corporis atque animæ concentus, de eo philosophi cum nostra; tum maiorum ætate multum disputatione seque, in tres quasi cohortes pro sententiarum, quarum quælibet singulare quasi, vt vocatur, *systema* componit, discriminè diuiserunt. Primum horum systematum, vt pote antiquissimum, est *influxus physici*, cuius auctorem ARISTOTELEM fuisse, satis superque notum est. Pro hoc anima in corpus, corpus vicissim in animam vim suam exercere, dicitur atque contenditur, corpus anima huiusque operationibus ita moueri, vt motus viriusque, cum animæ; tum corporis, sibi sint consentientes; hoc contra etiam illam afficere et per sensuum commotiones in eam agere vimque istidem prodere. Secundum vocatur *causarum occasionum*, quod CARTESTO vel potius, vt nonnulli volunt, quibusdam præcipue eius sectatoribus^{s)}, est tribuendum. Qui istud amplectuntur, quemadmodum, præter alios, IOANNES CLAVBERGIVS, LVDOVICVS DE LA FORGE, CHRIST. WITTICHIVS, NICOLAVS MALEERANCHE, PETRVS BAE利VS, IO. CHR. STVRMIVS fecerunt, neque ab anima corporis; neque ab hoc illius motus pendere, parant; sed deo opus istud sic adscribendum esse, vt, ab hoc per motum in corpore occasionem notiones in anima et e contrario, data per voluntatis in anima operationes occasione, in corpore motus produci atque effici, dicatur. Ita deum omnia cum in anima; tum in corpore à se operari, statuunt; ita tamen, vt viriusque operationes aliæ aliis occasionem præbeant. Tertium denique sistema *harmoniae præstabilitæ* nuncupatur, a celeberrimo GOTTFR. GVL. LEIBNITIO primum in medium adlatum^{t)}: deinde a viris perillustribus CHRIST. WOLFIO et GEORG. BERNHARDO BULFINGERO^{u)} illiusque adseclis pluribus acriter defensum et propugnatum. Qui huic fauent, deum, dicunt, corpori vim mouendi indidisse eiusque motuum seriem ac ordinem ita

^{s)} sunt enim, qui CARTESIUM primum systematis huius inventorem esse, negant, idque a nonnullis eius discipulis excoigitatum esse, adfirmant. Videantur imprimis IACOB. GVSSETIVS in *causarum primæ et secundarum reali operatione*, P. C. et RYARDVS ANDALA

diff. de unione mentis et corporis *physica*, non *metaphysica*.

^{t)} in den vernünftigen gedanken von Gott, der welt und der seele des menschen.

^{u)} *commentatione hypothetica de harmonia inter animam et corpus præstabilitæ*.

disposuisse ac definuisse, vt, sine anima in corpus; aut huius in illam operatione, motus corporis sequantur anima operationes, his consentientes. Nimis longum foret, si in praesenti grauissimam illam et operose agitatum de hoc systemate Leibnitiano item recensere; aut argumenta, quibus istud ab eius patronis stabilitum; a dissentientibus contra oppugnatum est, suse excutere vellem x). Sufficiat, generatim denotasse, trium horum systematum alterum quidem alteri verisimilius videri; neque omnia parem praese ferre probabilitatis speciem y); simul tamen non negandum esse, quodcunque eorum amplexus fueris: quaecunque tibi placuerit via, in unaquaque te neutiquam posse scopulos, tibi obiectos, omnes euitare; aut ex his facili te negotio expedire. Quis est, queso, qui perspiciat *influxum physicum* ac modum nobis ostendat, quo anima, tanquam ens simplex, in corpus nostrum agat et vicissim hoc in illam? Quid vero, missa hac et repudiata sententia, quid? si in Cartesianorum castra nos coniiciamus, an facilior demonstrandi erit ratio, quo modo deus *ἀρετώς* in omnes mortales ita agat, ut motus corporis et anima efficiat, utriusque operationibus illis, quae ab utraque parte consequuntur, occasionem praebentibus? Neque vero *harmonia*, ut dicitur, anima ac corporis *præstabilitas* suis eget difficultibus, quemadmodum ii, qui eius se nostra etate opposuerunt, abunde monstrarunt z). Satis vero ex his patet, unionem anima nostræ cum corpore magnum certe esse mysterium a).

§. XXVII.

x) vide venerandum PATEREM in dem philosophischen lexico, voce *harmonie zwischen leib und seele*, p. 1395.

y) nosse hic in primis eos iuvat, qui de unione anima et corporis commentaria sunt. et tres illos modos, de quibus breuiter dixi, suffici exposuerunt. Recensuit eos ven. PATER libro memorato, voc. *seelenvereinigung mit dem corpor*. p. 2311.

z) in horum numero sunt in primis IOACH. LANGIVS in der entdeckung der falschen und schädlichen philosophie in dem wolfsaniischen systemate metaphysico: 10. FRID. WUCHERERVS binis dissertationibus de harmonia mentis et corporis humani præstabilita, stabilito orbata: AVCTORES *διανοι* commentationum, qua-

rum altera inscripta est: die mit ihr selbst freirende harmonia der weltweisen: altera: erwiesene unmöglichkeit der für möglich gehaltenen und sogenannten harmonia præstabilita zwischen dem leib und der seele des menschen: tercia: erwiesene unmöglichkeit der für möglich gehaltenen und sogenannten harmonia præstabilita zwischen dem leib und der seele des menschen. De reliquis, que' hue faciunt, RWARDI ANDALAE, RYDGERI, IO. PETRI DE CROSA, CHRIST. MARTINI BYRCHARDI aliquorunque scriptis, a vener. PATERE lexic. memorato, p. 1403. laudatis, consulto taceo.

a) in primis legas hic velim cel. SAM. CHRIST. HOLLMANNI dissertationes binas

longim illi nesciuntur tempore. §. XXVII.

FIERI *præfigia* anime; siue, ut, quæ sententia mea sit, clarus pateat, dari occultum tristitiae; vel angoris sensum, in mente sine rei ingrate recordatione; aut ab aduersa corporis valetudine excitatum, qui prenuntius quasi est imminentis, nobis adhuc incogniti, tristioris casus, exempla atque experientia ita testantur, ut res ipsa vix possit in dubium vocari, nisi omnem plane historicam tollere fidem vellemus. Sed hoc est profecto omnino difficile nobisque occultum, unde *præfigia* ista orientur et quo modo eueniant. Nonnulli in ipsa anima: extra eam alii caussam huius rei querunt. Qui illud faciunt, in anima naturalem vaticinandi facultatem inesse, contendunt atque ad hanc, velut ad principium, eiusmodi *præfigia* referri commode posse, opinantur. In hac sententia, præter alios, fuit, AMMONIT vestigia sequitur, PETRVS PETITVS b), de quo satis constat, quidnam de naturali hominis ad futura cognoscenda dispositione docuerit. Sed quis non videt, facilius ista dici; quam probari? Quum enim intellectus finitus nihil sine signis potest cognoscere; futurorum autem contingentium nulla signa sunt, haud difficulter, arbitror, vel ex hoc ipso intelligi, neque in animam nostram, ut spiritum finitum, hanc futura sentiendi facultatem cadere posse c). Sunt igitur, qui extra animam veram eiusmodi *præfigiorum* caussam deprehendisse, sibi videntur; hi vero itidem a se inuicem abeunt diuersasque fountentias. Nonnulli corpus, cum quo anima coniuncta sit, pro causa illorum habent, eamque in rem multa de siderum in mortalium corporibus vi et potestate, quam alii *influxum* dicere solent, tradunt. Verum, quam incerta ea sint omnia, quæ de hoc influxu tradi vulgo et narrari solent, nemo non videt atque intelligit, de illo nimirum influxu, qui casus futuros hominibus, excitata in corpore aliqua commotione, cognitos nobis faciat. Neque te ex hac difficulti caussa expedes, si cum aliis *præfigia* ista vel spiritibus creatis; vel deo tribueris. Quamcumque sententiam tuam feceris, videbis, multa tibi remanere perobscura et certe inexplicabilia. Quo pacto astris, rerum futurarum

nas de stupendo nature mysterio, anima humana, sibi ipsi ignota, Vitembergæ editas. Prior c. 1000 XXIII. prodit. Posterioris quinque sunt sectiones, quarum singula separari eodem anno et sequenti in lucem date sunt publicam.

b) de fibyllis libr. I. cap. 8. p. 30. sq.
c) vide IO. FRANC. BVDDEVVM lib. bus de arbofriso et superstitione. cap. VII. §. 4. p. 600. et eius dissertationem an naturam homines polleant vaticinandi facultatem, Hale c. 1000 XXXXVIII. editam.

turorum cognitionem tribues et cum hac vim, illarum causa corpus nostrum adscendi nosque de imminente fato admonendi? Vnde monstra-
bis modum, quo deinde corpus in animam nostram agat eamque solito
tristiorum ob instans infortunium reddat? Vnde spiritus finitos futura con-
tingentia praeuidere posse, demonstrabis, futura, inquam, contingentia,
quorum scientiam solius dei opus esse, nequitam potest negari. Fac denique
deum praesagiorum mentis causam et auctorem. Quam multa sunt, ad
qua non, viri deceat, respondere poteris? in primis, si quis cum modum huius
patefactionis, et quomodo deus in animam agat; tum finem, cur id fa-
ciat et rationem, quare in his; neque aliis eiusmodi effectus producat,
ex te queferit d). Sunt et omnia ac manent mysteria philosophica, quo-
rum plura, ad animam nostram spectantia, possem sigillatim commemo-
rare, si scriptio huius modus vberiore eorum discussionem permit-
teret. Qui plura scire cupit, in primis cel. SAM. CHRIST. HOLL-
MANNVM e) adeat.

§. XXVIII.

PAVCA de *mysteriis corporum* adiungo, qua in eorum qualitatibus occultis, vt philosophi aiunt, dicuntur reperiri f). Per has intelli-
gunt quasdam corporum proprietates, qua $\delta\mu\epsilon\tau\omega\varsigma$ in sensu nostro
non incurruunt; sed ex effectu solummodo, rationis ope, cognoscuntur.
Ad eiusmodi qualitates occultas in primis *sympathiam* et *antipathiam* refe-
runt g). *Sympathiam*, aiunt, duplēcēt esse, alteram versari in nudo
rerum confūtū sine villa, qua in sensu cadat, rei viuis in alteram
actione συνπαθητικῆ hancēt *κατ' ἔξοχήν* *sympathiam* vocari: alteram di-
ci *magnetismum*, quando *sympathia* sit cum actione alterius, ut lo-
quuntur, *attractiva*. Illius generis dantur plura φαινόμενα, uti lo-

d) vide de hoc argumēto, de quo breuiter exposui, sūfūs disputatione IO. GVL. BAIERVM diff. de *præfigiis animi* que Ienz, c10 CLXXXVIII prodiit.

e) dissertationibus supra laudatis de *flūpendo naturae mysteriis anima humana* sibi ipsi ignora.

f) legantur in primis de hoc argumēto DAN. GEORG. MORHOFIVS, *polyhist. litterar. tom. II. libr. II. part. I. cap. 8. p. 302.* et IO. CHRIST. STVRMIVS *physica hypo-*

g) lege, præter BACONEM VERVLA-
MIVM adiut ab hist. *sympath. et antipath.* p. 483. et PETR. GASSENDVM *animad-*
veris. in libr. X. DIOGENIS LAERTII p.
347. *theatrum sympatheticum*, quod No-
rimbergæ c10 CLII. prodiit, et librum,
qui sic inscriptus: *adiutus nouus, ad occul-
tas sympathia et antipathia causas inue-
niendas patefactus a SYLVESTRO RAT-
TRAY, Tubingæ, c10 CLX. lucem pu-
blicam vidit.*

vinum in cellis, florentibus vineis, turbari solitum: pisa, quæ difficulter coquuntur, florentibus in agro pisis: mora vel fraga, per matris imaginationem prolis cuti impressa et quotannis reuirescentia, puluis porro et vnguentum συμπαθητικὸν, et quæ huius modi alia sunt, ad sympathiam, κατ' ἐξοχὴν ita dictam, referenda. Neque desunt magnetismi exempla b), quo magnetis variorumque florū et herbarum attrahendi facultas pertinet. Similis est ratio antipathia; siue inimicæ illius variarum rerum erga se affectionis, quæ se inuicem per naturam suam auersantur, ita, ut altera alteri noceat, eamque destruat, in qua classe, præter venena, non solum nonnulla animalia esse, perhibentur, quæ sibi per naturam sunt infensa; sed etiam arbores, plantæ, herbæ aliqua eius generis, id quod exemplis comprobari ac, si tempus permetteret, de antipathia, quæ inter brassicam et rutam: inter vitam et laurum: inter quercum et oleam reperiiri adfirmatur, dici exponique posset. Taceo de tarantulis, earum mortis, laesosque per artem musicam ad pristinam sanitatem restituendi modo deque aliis occultis eiusmodi corporum viribus. Id vnicum tantummodo monuisse sufficiat, cautionem hac in causa adhibendam esse, si, quæ vere mysteria sunt; quæ minus, pronuntiandum nobis sit. Vti enim multa vulgo narrari ac circumferri de his rebus solent, quæ non ita forte, vti vulgaris est opinio, sc̄e habent; ita temerarium foret, omnes naturæ effectus, quorum caussas rimari ac perspicere non possimus, confessim negare. Nolo tamen per id omnia eiusmodi θαυμάσεα, quæ certa sunt et explorata, ad mysteriorum amandare classem. Haud pauca a veteribus ad occultas referuntur qualitates, quæ recentiore ætate ex receptis et probatis principiis commode explicari, saltem causæ horum θαυμάσεων, si non certæ; probabiles tamen effici queunt, adeo, ut ex mysteriorum nature numero iure meritoque eximi debeat. Non tamen simul negandum est, multa quoque etiam in hoc capite nobis manere obscura et occulta; neque mortalium cognoscendi vires tantas esse, ut in abditis naturæ recessus penetrare omniaque perspicere atque intelligere possint.

XXVIII.

Q.VAE in præsenti de mysteriis, speciatim philosophicis, disputata a nobis sunt, quam infirmæ et imbecilles humanæ cognoscendi vires sint, luculenter quidem testantur; ita tamen simul sunt comparata, ut ex

b) lege, præter alios, GEORG. PASHIVM inuenitis non. antiquis, p. 765. et quæ ibi ex HELMONTII tract. de vi magnetrica, p. 375. operum, adferuntur.

iisdem salutaria de philosophia studio atque usu, recte adhibendo, et sobria philosophandi ratione præcepta possint suppeditari. Nimis longum foret, omnia, quæ hic dari forte queant, commemorare. Sufficiat, quod breuitatis ratio est habenda, eorum nonnulla tantum, pre reliquis, ut spero, utilia, commendasse. I. diuersi cognitionis philosophica gradus prope inter se sunt discernendi. Vbi enim alter ad alterum refertur, facili negotio videbimus, alium cumque *supremum esse*, quum rem certo et firme: *alium, medium*, quum probabiliter cognoscamus: *alium denique, qui infinitus est*, vbi id tantummodo, quod esse, vel fieri potest, adsequamur. Ad ultimum mysteria philosophica pertinent, quemadmodum ea, quæ supra tradita a me sunt, satis et abunde confirmant. II. *in rebus naturalibus rationi non plus tribuendum est; quam decet.* Id sit, si ea comprehendere conamur, quæ nostram intelligendi facultatem superant. Vt enim, hoc facto, temeritatis notam ac suspicionem vix effugiemus; ita ipse abusus nosmetipos decipit, et, dum veritatem inuenisse nobis videmur, ad falsa, erronea, absurdâ præter omnem spem nos ducit, ne de impiis dicam dogmatibus, ad quæ per id saepe aditus paratus est et adhuc paratur. Quis nescit cum experientia; tum ex historiarum monumentis, nunquam defuisse, qui temerario plane ausu ea, quæ ceteroquin verissima sunt, negare sibi sumisset, nullam certa aliam obcaussam, quam quod modum, quo ea existunt, ratione sua adsequi et perspicere haud potuerunt. Quot multa e contraria parte ingenium humanum, tum, quum limites ipsi positos haud animaduerteret, quot multa, inquam, de anima eiusque essentia et facultatibus deque aliis eius generis difficultibus questionibus fixxit ex excogitauit, omni fundamento destituta? Caussam si queris, verissimam eam in ipso contatu, ea, quæ supra rationem nostram posita sunt, ratione comprehendi, repieres. Ex hoc efficitur, III. rationem humanam, quando mysteria naturæ contempletur, continentam et coercendam esse, ne ea inuestigare, sibi sumat; sed infinita dei sapientia ac potentia se subicit, ad eum modum, quem, ratione fidei mysteriorum habita, christi legatus PAULUS nobis prescripsit nosque in rebus diuinis iussit ἀπόκλισεν πάνταν εἰς τὸν ἔταξον τῷ Χριστῷ, II corinth. x, 5. III. philosophus vere sapiens, vbi in mysteriis naturæ versatur, ignorantiam suam profitetur. Talis ingenua confessio tantum abest, vt de auctoritate et existimatione eius derrahat, vt honorificam eam ipsi esse, omnes, modo sine præiudicata opinione et a partium studio alieni iudicium ferant, libere confiteri

debeant. Prodit talis philosophus *ignorantiam doctam*, vt recte adpellatur, id est, ignorantiam, qua quis se ita doctum exhibet, vt pericula, a recta via aberrandi, sapienter deuitet i). V. manifestum *stultitiae ac solidae arrogantie signum est, mysteria fidei negare*. Quum enim tam multa in regno naturae sunt, quorum formalem rationem ac modum, quo contingunt, vt adsequamur, in nostra porestate haud situm est, quis facile dubitaret, in regno gratia talia esse posse, supra nostram intelligendi vim posita et minus a nobis comprehendenda, quamuis, quidquid possimus, id omne ad illorum conferamus peruestigationem? Qui igitur mysteriorum horum inquisitionem nefario ausu suscepserunt: BENEDICTVS DE SPINOZA k), IO. TOLANDVS l) atque alii, atheorum numero adscribendi; præter hos autem naturalistæ, maxime EDVARDVS HERBERTVS DE CHERBVRY m), Sociniani, atque Arminiani, eti magis; quam alii, sapere sibi visi sunt; insignia tamen dementiæ suæ documenta dederunt. VI. philosophus ita contempletur mysteria, vt, quanta in iis lateant summarum dei virtutum, in primis infinita eius sapientie ac potestatis specimina luculenter cognoscat, atque ex illis grauissima, superium istud numen pie venerandi, argumenta petat. Hic est primarius finis, nobis etiam tum, quum philosophamur, proponendus. Quo propius sapientiae humanae alumnus ad hunc accedit; eo maiorem conatum suorum fructum poterit sibi promittere.

i) de hoc argumendo videantur: NICOLAVS CVSANVS, cuius *de docta ignorantia* liber in eius operibus, iunctim editis, reperitur: GISP. VOETIVS part. IIII, dispu. select. p. 668. HENR. PIPINGIVS diff. de curioso nouitatis studio, Lipsie CIDOC LXXXVII. et in eius exercitationibus academicis, p. I. vir summe reu. CHRIST. AVGVST. HEVMANNVS diff. de docta ignorantia, in biblioth. Bremensi class. v. fascic. 2. num. I. Taecio de DIONYSIO PETAVIO, IO. FORBESIO, ADAM. RECHENBERGIO, CHRIST. SONNTAGIO, IO. HENR. BAR-

THIO aliisque, qui speciatione de docta in theologia ignorantia scripsierunt, et de quibus videndi sunt: IO. CHRIST. WOLFIVS Caſaubonian. p. 314. et ven. PATER lexic. philosoph. voc. *unwissenheit* p. 2770. k) tractat. theolog. polit. cap. XIII. p. 153. sq.

l) in christianismo mysteriorum experie, qui liber Londini CIDOC LXXXV. et CIDOC LXXXVI. prodiit.

m) libro de veritate, prout distinguitur a revelatione, a verisimili, a possibili et a falſo, p. 47. et 51.



Skore-Biba 8/~~K~~57.

J6 4898

f

ULB Halle
003 507 459

3



56.

ND18

N.C.

retro

8		B.I.G.	
7			
6			
5			
4			
3			
2			
1			
Centimetres			
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
Inches			
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			

Farbkarte #13



26

ERTATIO
DE
TERRIIS
OPHICIS

QVAM
GNIFICENTISSIMO
RINCIP E AC DOMINO
MINO
CONSTANTINO
LIACI CLIVIAE MONTIVM
WESTPHALIAE REL

AES E S
MAN. WALCHIVS

VEL. ORDINAR. SOCIETAT. LAT. IEN
E ARCAD. ET FLORENTIN
ARIAE COLLEGA

L O C O
NTVM ORDINE OBTINENDO
ITORVM DISQVISITIONI
C. CCCLV SUBMITTIT
PONDENTE
NVEL SCHAEFFERO
TISPO NENSI
LITTERARVM CVLTORE

ERIS SCHILLIANIS